This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

ath. 319.

Math 319

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

900000066843

Digitized by Google

CONJECTURA PHYSICA

CIRCA PROPAGATIONEM SONI AC LUMINIS

UNA CUM

ALIIS DISSERTATIONIBUS ANALYTICIS

DE NUMERIS AMICABILIBUS

DE NATURA ÆQUATIONUM, AC

DE RECTIFICATIONE ELLIPSIS

AUCTORE

LEONHARDO EULERO.

BEROLINI,

SUMTIBUS AMBR. HAUDE VIDUÆ ET JOH. CAROL. SPENERI,

BIBLIPOL. REG. ET ACAD. SCIENT. PRIVIL.

1750.

Digitized by Google

6*

Digitized by Google

Conjectura Phyſica
de
Propagatione Soni ac Luminis.

§. I.

In motu corporum ac præcipue fluidorum plurima occurrunt phænomena, quæ per Theoriam nondum explicari poſſunt. Etſi enim principia Mechanicæ, a quibus omnes motus determinationes pendent, ſatis cognita atque ad quosvis caſus accommodata videntur, ut eorum ope motus immutationes formulis analyticis includi queant; tamen ſæpenumero ipſa Analyſis his formulis evolvendis impar deprehenditur. His igitur caſibus non tam Mechanica, ad quam ſcientiam motuum inveſtigatio proprie pertinet, imperfectionis

Digitized by Google

eſt accuſanda, quam Analyſis, cujus munus in reſolvendis æquationibus, ad quas reliquæ Matheſeos partes perduxerint, præcipue verſatur. Sic quanquam Geometræ poſt inventum calculum infinitorum nimium ſtudii in Analyſi excolenda multis collocaſſe videntur; tamen frequenter a principiis mechanicis ad ejuſmodi æquationes differentiales deducimur, quarum reſolutio, antequam Analyſis multo adhuc majora ceperit incrementa, fruſtra tentatur. Quamobrem eorum labor, qui omnem operam in promovendis Analyſeos finibus impendunt, non ſolum non eſt reprehendendus, ſed etiam quam maxime laudandus.

§. II. Hunc Analyſeos defectum potiſſimum in Aſtronomia Theoretica deprehendimus. Cum enim huic ſcientiæ ſit propoſitum ex viribus, quibus corpora coeleſtia ſe mutuo impellunt, eorum motus determinare, ſi hoc negotium minus ſucceſſerit, a mechanica certe omnis ſuſpicio culpæ removeri debet. Quæcunque enim concipiantur vires, quibus planeta quiſpiam ſollicitetur, motus ejus ſemper per æquationes mere analyticas exprimi poteſt; ita ut accurata motus deſcriptio a reſolutione harum æquationum, in quo Analyſeos officium verſatur, pendeat. At niſi virium illarum lex ſimpliciſſima ſtatuatur, æquationes iſtæ tantopere fiunt implicatæ, ut omnia artificia, quæ in Analyſi adhuc ſunt detecta, ad eas reſolvendas minime ſufficiant. Atque ita Analyſeos maxime defectui eſt tribuendum, quod motus Lunæ, cunctæque ejus inæqualitates nondum ad certas leges revocari, ac tabulis Aſtronomicis comprehendi potuerint.

§. III. Interim tamen ejusmodi quoque ſe offerunt quæſtiones ad quas expediendas non tam Analyſis, quam ipſius Mechanicæ cognitio ſufficiens deſideratur. In ſolidis quidem corporibus hoc potiſſimum evenit, quando circa axes mobiles in gyrum aguntur: hoc enim caſu ea Mechanicæ principia nobis adhuc ſunt occulta, ex quibus variationem hujusmodi motuum definire liceat.

Maxime

Digitized by Google

Maxime autem iſte Mechanicæ defectus in motu & agitatione fluidorum cernitur: in quo fere penitus ignoramus, qua ratione ſingulæ fluidi partes in ſe invicem agant, ſuosque inter ſe motus perturbent. Quamobrem etſi curſus fluminum, & fluxus aquarum per canales ſatis commode ad calculum revocari poſſet; tamen motum fluidorum, qui vocatur inteſtinus, quo ſingulæ fere particulæ inter ſe agitantur, nullo adhuc modo certis legibus circumſcribere licuit.

§. IV. Cum igitur ſonus in motu quodam vibratorio, quo minimæ aeris particulæ inter ſe commoventur, conſiſtat; quomodo hic motus ſit comparatus, & qua lege ex aliis aeris particulis in alias transmittatur, accurate explicari adhuc nequit. Neque Newtonus, & qui poſt eum hoc negotium ſunt aggreſſi, ſoni per aerem propagationem ſatis dilucide expoſuiſſe ſunt cenſendi. In diſſertatione enim mea de Lumine & Coloribus, ubi Newtoni doctrinam illuſtravi, luculenter monſtravi, Virum Acutiſſimum propagationem pulſuum per medium elaſticum non ex ſolis mechanicæ principiis determinaviſſe, ſed hypotheſin quanpiam experimentis quidem confirmatam ſubtili admodum modo in ſubſidium vocaſſe; ſicque primarium ſoni phænomenon, quo uniformiter per aerem proferri obſervatur, non tam explicaſſe, ſed potius ei inveſtigationem ſuam ſuperſtruxiſſe, quod tamen ex ſola Theoria demum deduci debuiſſet.

§. V. Tantum abeſt, ut hoc Newtoni inſtitutum, quo cum principiis mechanicis hypotheſes conjunxit, reprehendendum exiſtimem, ut potius hanc viam ob defectum idoneorum principiorum ſolam eſſe arbitrer, quæ nos ad aliquam ſaltem certam cognitionem perducere valeat. Cum enim determinationem celeritatis, qua ſonus per aerem promovetur, ſuſcipit, commodè & quaſi præter opinionem evenit, ut eæ quantitates, quas hypotheſes introduxerant, penitus ex calculo egrediantur, atque concluſio

Digitized by Google

ab iſtis hypotheſibus ita immunis obtineatur, ut intelligi poſſit, etiamſi aliæ hypotheſes fuiſſent aſſumtæ, eandem tamen concluſionem prodituram fuiſſe; quo ipſo veritas concluſionis maxime confirmatur. Verum tamen etſi hoc modo celeritas, qua pulſus per aerem aliudve fluidum elaſticum tranſit, recte definiri videtur, tamen hinc ipſa particularum agitatio, qua pulſus continetur, non elicitur: atque ea, quam calculus exhibet, ab hypotheſibus maxime pendet, ideoque pro vera agnoſci nequit.

§. VI. Porro etiam ita in celeritate pulſuum, quae per methodum Newtoni invenitur, acquieſcendum puto, ut etiamſi experientia adverſari videatur, tamen inde Theoriæ nihil plane detrahatur. Invenit autem Newtonus pulſum quemque per aerem tanta celeritate propagari oportere, ut ſingulis minutis ſecundis ſpatium 979 pedum Londinenſium conficiat, cum tamen experimentis conſtet ſonum ſingulis minutis ſecundis 1140 pedes percurrere. Cauſam quidem hujus accelerationis Newtonus in eo ponit, quod aerem plurimis ejusmodi particulis impraegnatum eſſe arbitratur, per quas pulſus in inſtanti propagentur, ita ut ſi aer hujusmodi particulis omnino eſſet repletus, ſonus quoque ſine mora per intervalla quantumvis magna transferretur. Quare ut ipſam ſoni celeritatem obſervatam obtineat, ſeptimam fere aeris partem ejus naturæ aſſumere cogitur, ut per eam pulſus puncto temporis, quaſi per corpuscula perfecte dura Carteſii, tranſirent.

§. VII. Verum hæc explicatio pluribus premitur difficultatibus iisque tam gravibus, ut nullam veriſimilitudinis ſpeciem retineat. Aer enim ſi tanta copia corpuſculorum durorum redundaret, eas proprietates, qua ipſi ineſſe novimus, elaſticitatem, & comprimendi facultatem penitus amitteret. Namque ſi ſeptima pars, vel etiam decima, quam Newtonus aſſumit, hujusmodi particulis eſſet conflata, aer certe non in minus ſpatium quam ſubſeptuplum vel ſubdecuplum comprimi poſſet, ac tum etiam omnem elateris

Digitized by Google

elaterìs vim amittere deberet. Cum autem tam per experimenta conſtet, quam ex vi pulveris pyrii colligere liceat, aerem non ſolum in multo minus ſpatium redigi poſſe, ſed etiam tum maxima vi elaſticitatis gaudere, nullus amplius locus ſententiæ Newtonianæ relinquitur, Præterea quoque experimentis compertum eſt, ſonum pari celeritate per aerem transmitti, ſive is majore ſive minore vaporum copia ſit inquinatus; unde evidens eſt, partium heterogenearum, quæ aeri ſunt permixtæ, copiam nihil omnino ad ſonum accelerandum conferre.

§. VIII. Ego vero nequidem hujusmodi ſubterfugio opus eſſe arbitror ad veritatem Theoriæ ſalvandam; neque enim concedendum puto, Theoriam ab experientia diſſentire. Namque caſus, ad quem Theoria eſt accommodata, prorſus discrepat ab eo, qui per experimenta adverſari videtur. Quod quo facilius perſpiciatur, recordandum eſt in Theoria unicum tantum pulſum, qui nullos alios habeat inſequentes, conſiderari, cum per experimenta celeritas ſoni, hoc eſt ingentis pulſuum ſe mutuo inſequentium frequentiæ declaretur. Nusquam autem in theoria probatum eſt, plures pulſus ſe mutuo quaſi e veſtigio inſequentes eadem celeritate per medium elaſticum propagari debere, qua unicus pulſus ſolitarius progreditur: quinpotius in loco ſupra allegato, ubi doctrinam Newtoni explicavi, celeritatem pulſuum ab inſequentibus affici debere animadverti.

§. IX. Cum igitur nullum experimentum proferri poſſit, quo celeritas unici pulſus exhibeatur, propterea quod promtiſſimus ictus, in quo nulla mora ineſſe videatur, ſatis magnam pulſuum ſeriem creat; atque non ſolum demonſtrari nequeat, pulſuum frequentiam nihil in eorum celeritate mutare, ſed etiam probabile videatur, celeritatem ſoni, tam ob agitationem aeri jam inſitam, quam ab impulſu inſequentium pulſuum accelerari debere: nulla omnino pugna inter theoriam & experientiam adhuc concludi poteſt.

Digitized by Google

Quare potius e contrario concludere licebit, ſi Theoria vera ſit, unicusque pulſus tantum ſpatium 979. pedum uno minuto ſecundo percurrat; majorem illam ſoni celeritatem, quam experientia oſtendit, nulli alii cauſæ niſi frequentiæ pulſuum tribui debere. Atque hinc generatim affirmare non dubito, quo major ſit pulſuum ſonum quempiam conſtituentium frequentia, eo celerius hunc ſonum per aerem propagari.

§. X. Neque tamen hanc ſententiam tanquam veritatem propono, ſed tantum pro ejusmodi conjectura haberi volo, quæ fortaſſe, poſtquam plura alia phænomena conſuluerimus atque ad examen vocaverimus, ad ſummum certitudinis gradum evehi queat. Quoniam enim ne unius quidem pulſus promotionem per aerem quietum ex ſolis mechanicæ principiis definire licet; multo minus hæc principia ſufficient ad propagationem plurium pulſuum ſe invicem inſequentium determinandam. Interim tamen facile intelligitur, a pulſuum frequentia eorum celeritatem non mediocriter affici debere: primo enim cum aeris particulæ a pulſibus antecedentibus jam ſint in quapiam agitatione conſtitutae, pulſus ſequentes aliam inde accelerationem adipiſci neceſſe eſt. Deinde quia in quolibet pulſu particulæ aeris motu reciproco agitantur, et tam antrorſum quam retrorſum concitantur, neceſſario evenire debet, ut hæc agitatio in particulas antecedentis pulſus vim quandam exerat, quæ eo erit major, quo pulſus ſibi fuerint propiores eorumque propterea frequentia major: hocque ergo caſu pulſus præcedentes ab inſequentibus magis propellentur, ſicque ſoni celeritas augebitur.

§. XI. Quamvis autem hac conſideratione conjectura mea jam ſatis probabilis videatur, tamen experimenta, quorum ingentem numerum Sollertiſſimus Derham omni adhibita cura inſtituit, contrarium nobis perſuadere videntur. Compertum enim eſt omnis generis ſonos, ſive debiles, ſive vehementes ſive, etiam graves ſive acutos

Digitized by Google

cutos pari celeritate per aerem propagari. Quod quidem ad ſoni vehementiam ac debilitatem attinet, ex theoria etiam colligitur, hinc in celeritate ſoni nullum diſcrimen oriri poſſe: verum quia ſoni acuti majori pulſuum frequentia conſtant, graves contra minori, ſecundum conjecturam meam ſoni acutiores celerius per idem ſpatium promoveri deberent, quam graviores; quod cum a Derhamo negetur, videndum eſt, an ejus experimentis vel potius concluſionibus, quas inde deduxit, tanta vis tribui queat, qua conjectura mea evertatur: neque enim ſine plena evictione contrarii de ſententia alias probabili decedere decet.

§. XII. Ac primo quidem ſi intervallum, quod ad experimenta inſtituenda deligitur, non fuerit valde magnum, nullum diſcrimen in velocitate ſonorum acutisſimorum et graviſſimorum percipi poterit. Ponamus enim in ſpatio, quod a ſonis uno minuto ſecundo percurritur, dari pro diverſa ſoni indole differentiam 50 pedum, quæ autem reipſa fortaſſe adhuc multo minor exiſtit. Iam ſi is, qui experimentum capit, a loco, ubi ſonus editur, intervallo 10000 pedum ſit remotus, atque ſono gravisſimo celeritas 1000 pedum pro minuto ſecundo tribuatur, acutisſimo autem celeritas 1050 pedum, obſervator exaudiet ſonum graviſſimum poſt 10″, acutiſſimum autem ſemiminuto ſecundo tantum citius. Quod diſcrimen etiamſi ſenſibile videatur, tamen quia ipſum momentum, quo quisque ſonus editur, tam accurate per ſignum indicari nequit, ut nullus plane error ſit metuendus, merito mihi equidem dubitare videor, an experimenta Derhamiana tam ſint exacta, ut iſta quæſtio per ea decidi posſit.

§. XIII. Deinde vero non ſolum in obſervatione momenti, quo ſonus editur, levis quidam error admitti poteſt, ſed etiam in obſervatione ejus momenti, quo ſonus primum exauditur, propterea quod ſatis parvas minuti ſecundi partes diſtinguere non licet, ita ut ob hanc duplicem cauſam error unius ſemiminuti

minuti ſecundi inevitabilis videatur. Tum vero etiam perpendendum eſt, niſi ambo ſoni, gravis et acutus, ſimul edantur, quod quidem inſtitutio experimentorum vix permittit, a diverſa commotione aeris quandam differentiam oriri poſſe; quoniam a ventis propagatio ſoni tam accelerari quam retardari deprehenditur. Imprimis autem animadverti oportet, in diſtantia 10000 pedum, quam aſſumſi, omnis generis ſonos ratione gravis et acuti diſcrepantes, quales inſtrumentis muſicis edi ſolent, exaudiri non poſſe. At ſi hujusmodi experimenta in minoribus diſtantiis inſtituantur, differentia inter ſonorum gravium et acutorum perceptionem adhuc multo minor evadet, omnemque obſervatoris diligentiam effugiet. Neque ergo conjectura, quam propoſui, per experimenta ullam adhuc probabilitatis diminutionem eſt paſſa.

§. XIV. Verum objicietur, Derhamum in multo majoribus diſtantiis etiam experimenta ſua de ſoni velocitate inſtituiſſe, atque adeo tempus, quo tormentorum fragor per ſpatium 60000 pedum propagetur, eſſe dimenſum. Sed in hujusmodi ſonis, quæ a tormentis ac ſclopetis eduntur, tanta non ineſt diverſitas ratione gravis et acuti, ut inde quicquam ſive ad confirmandam ſive ad refellendam conjecturam meam concludi posſit. Videntur autem hi ſoni vehementer graves; ex quo ſpatium 1140 pedum Anglicorum, per quod ſonus ſingulis minutis ſecundis propelli ex his experimentis colligitur, ſonis tantum graviſſimis erit tribuendum: ita ut ſoni acutiores aliquanto majus ſpatium ſingulis minutis ſecundis percurrere ſint exiſtimandi. Quanto autem celerius ſoni acutiores per aerem propagentur quam graviores, nullis fere experimentis definiri poſſe videtur, quod cum a Theoria multo minus ſit expectandum, omnino in dubio relinquitur, etſi alias ipſa conjectura jam ſatis probabilis videatur.

§. XV. Neque etiam haec experimenta eum in finem commemoravi, ut inde quicquam ad conjecturam corroborandam concludi

Digitized by Google

cludi poſſe crederem, ſed tantum ut obiectionem, quae graviſſima videbatur, diluerem, atque oſtenderem ex his experimentis, quæ Derhamus ſumma diligentia inſtituit, nullum argumentum contra conjecturam meam peti poſſe. Quod ſi ergo Newtono concedendum putamus, unicum pulſum in aere non ultra 979 pedes uno minuto ſecundo promoveri, necesſe eſt ut majorem illam ſonorum celeritatem frequentiæ pulſuum ſe invicem proſequentium et quaſi propellentium tribuamus. Ex quo et illud agnoſcere cogimur, quo major fuerit pulſuum frequentia eo majorem quoque illam velocitatis accelerationem eſſe oportere, etiamſi fortaſſe differentia in ſonis gravisſimis et acutiſſimis ſit admodum exigua. Nulla enim ratio ſuadet, ut credamus accelerationem ſoni ultra ſpatium illud 979 pedum frequentiæ pulſuum exacte eſſe proportionalem; ſed fieri poteſt, ut cum frequentia multo ſit major, tamen inde vix notabilis acceleratio oriatur.

§. XVI. Interim tamen non puto diſcrimen hoc in velocitate ſonorum plane eſſe inobſervabile; quantumvis enim id ſit parvum, a Muſicæ peritis percipi poſſe videtur. Quodſi enim plurium diverſorum ſonorum concentus, in quo ſinguli ſoni tam exacte juſtis intervallis ſe invicem inſequi debent, ut vel tenuisſimus error aures offendat, e longinquo audiatur, diſcrimen facile animadvertetur, ſi ſoni acutiores unico quaſi inſtante citius ad aures perferrentur, quam graviores. Admisſa autem conjectura vox gravisſima, quæ Baſſus vocatur, reſpectu reliquarum vocum acutiorum aliquanto tardius e longinquo exaudiri deberet, quam ab adſtantibus, hæcque retardatio ab auribus muſicæ adſuetis multo accuratius ſentietur, quam ſi celeritatem cujusque ſoni per exactisſimas temporis menſuras eo, quo Derhamus uſus eſt modo, inveſtigare vellemus. Quodſi ergo hujusmodi diſcrimen pro variis diſtantiis, ex quibus concentus Muſicus auditur, obſervaretur, hoc ipſo conjectura noſtra extra omnem dubitationem collocaretur.

§. XVII. Deinde ſi in quoque ſono celeritas pulſuum antecedentium ab inſequentibus intenditur, in pulſibus ultimis hæc acceleratio nullum amplius locum habebit, iique propterea celeritate naturali propagabuntur, et ſingulis minutis ſecundis ſpatium tantum 979 pedum conficient, dum pulſus primi eodem tempore ſpatium circiter 1140 pedum abſolvunt. Ex quo ſequitur eundem ſonum, quo longius audiatur, eo diutius durare debere: ponamus enim ſonum unico quaſi ictu ſeu puncto temporis abſolvi, ita ut ejus duratio adſtantibus breviſſima videatur; quod ſi jam idem ſonus in diſtantia 10000 pedum audiatur, primus pulſus exaudietur poſt tempus $\frac{10000}{1140}''$, ultimus autem pulſus demum poſt tempus $\frac{10000}{979}''$, ſicque totum tempus, quo hic ſonns percipietur erit $\frac{10000 \cdot 161}{979 \cdot 1140}''$ ſeu $\frac{10000}{6932}''$. Hinc ergo duratio ſoni in diſtantia 10000 pedum prope $1\frac{1}{2}$ ſec. in diſtantia autem 20000 pedum tribus minutis ſecundis protrahetur. Difficile autem erit hanc ſonorum prolongationem diſcernere, quia objecta interpoſita ob tremorem conceptum jam per ſe ſonos protrahere ſolent.

§. XVIII. Multo autem fortiora argumenta ad conjecturam meam confirmandam ſuppeditant phænomena lucis, quæ ſi probe perpendantur, nullum fere amplius dubium relinquent. Cum enim pulſuum propagatio in æthere perinde lumen efficiat, ac ſonus per pulſus in aere propagatos excitatur; ſi oſtendero in æthere celeritatem pulſuum ab eorundem frequentia pendere, nullo modo dubitare licebit, quin in aere etiam pulſuum propagatio ab eorum frequentia acceleretur. Præcipuum autem lucis phænomenon, quo conjectura mea confirmari videtur, in diverſa refractionis ratione verſatur, quam radii diverſorum colorum, dum ex alio medio diaphano in aliud transeunt, ſequi obſervantur. Quia enim probavi colorum varietatem in nulla alia re poni poſſe, niſi in varia pulſuum, quibus quisque color repræſentatur, frequen-

tia

tia, neceſſe eſt ut diverſæ refractionis rationes a diverſa pulſuum frequentia proficiſcantur, radiique verbi gratia rubri ob eam tantum cauſam minorem refractionem pati ſunt cenſendi, quam violacei, quod in illis major minorve pulſuum frequentia inſit, quam in his.

§. XIX. In Theoria autem mea lucis et colorum luculenter oſtendi, ſi radius lucis ex uno medio in aliud tranſit, ſemper eſſe debere ſinum anguli incidentiæ ad ſinum anguli refractionis in eadem ratione, quam tenet celeritas pulſuum in medio priori ad celeritatem eorum in medio poſteriori. Quanquam autem ibi ſum ſuſpicatus frequentiam pulſuum rationem refractionis immutare poſſe, radiosque rubros, dum ex medio rariori in denſius, ubi tardius progrediuntur, tranſeunt, ideo minus refringi putavi, quod pulſus ſequentes, quia in medio denſiori propius ad ſe invicem accederent, refractionem diminuere videbantur; tamen hæc cauſa ceſſaret, ſi radii ex medio denſiori in rarius ingrediantur: neque enim hoc caſu ob iſtam cauſam refractio diminui deberet, quod tamen in hoc caſu æque ac in priori evenire experiontia teſtatur. Atque hanc ob cauſam illam explicationem, cur radii rubri minorem ſemper patiantur refractionem quam cœrulei, penitus rejiciendam eſſe agnoſco; neque jam pulſuum frequentiam quicquam ad refractionem immutandam conferre poſſe arbitror.

§. XX. Statuo igitur, quæcunque ſit pulſuum frequentia, ſi radius lucis ex uno medio diaphano in aliud tranſit, eum ſemper ita refringi axactisſime, ut ſit ſinus anguli incidentiæ ad ſinum anguli refractionis, uti celeritas, qua pulſus in medio priori propagantur, ad eorum celeritatem in medio poſteriori. Quare cum radii rubri aliam patiantur refractionem ac violacei, neceſſe eſt, ut pulſuum, quibus radii rubri conſtituuntur, celeritas alia ratione in tranſitu per diverſa media immutetur, atque celeritas pulſuum radiorum violaceorum. Per quodvis ergo medium alia erit celeritas radio-

ſuum rubrorum, alia radiorum cœruleorum, et cum hi radii tantum ratione frequentiæ pulſuum inter ſe diſcrepent, perſpicuum eſt, celeritatem pulſuum ſimul ab eorum frequentia pendere, ita ut qui radii diverſa conſtent pulſuum frequentia, iidem per quodvis medium diverſa celeritate progrediantur.

§. XXI. Si unicus pulſus conſideretur, qui a nullis inſequentibus acceleretur, ejus celeritatem per quodvis medium elaſticum ſequenti modo determinari comperi. Concipiatur hoc fluidum vaſi incluſum, ex quo ob vim elaſticam per foramen in ſpatium omni materia vacuum erumpat, et notetur celeritas, qua cum effluet, quæ ſit debita altitudini v; qua inventa, erit celeritas, qua unicus pulſus in iſto medio elaſtico progredietur, debita altitudini $\frac{1}{2} v$; eritque ergo hæc celeritas ad illam, qua idem fluidum in vacuum eſſet erupturum, ut $\sqrt{\frac{1}{2}}$ ad 1 ſeu ut 1 ad $\sqrt{2}$; hoc eſt ut latus quadrati ad ſuam diagonalem. Quare cum illa altitudo v ſit directe ut elaſticitas et inverſe ut denſitas medii, ſequitur celeritatem, qua unus pulſus per hoc medium propagabitur, eſſe in ratione ſubduplicata compoſita ex directa elaſticitatis et inverſa denſitatis. Hæcque ratio locum habebit, etiamſi ipſa pulſuum celeritas major eſſet minorve, quam per Theoriam Newtonianam reperitur. Quæcunque enim fere hypotheſis fingatur ad pulſuum promotionem determinandam, eadem ſemper proportio celeritatis pro ratione denſitatis et elaſticitatis medii reſultat.

§. XXII. Inventa autem celeritate, qua unicus pulſus per quodpiam medium propagari debet, ea celeritas, qua radius lucis per idem medium promovetur, ob pulſuum complurium ſucceſſionem major eſt exiſtimanda. Scilicet ſi celeritas unici pulſus exprimatur per p, celeritas radii lucis eo major erit quam p, quo major fuerit pulſuum hunc radium conſtituentium frequentia. Quo hæc frequentia facilius in calculum introduci queat, ſit numerus pulſuum, qui dato tempore veluti uno minuto ſecundo eduntur $= n$,

 fre-

frequentiam hoc ipſo numero n indicare licebit: ſeu conſideretur intervallum temporis, quod inter quemlibet pulſum et proxime inſequentem eſt interjectum, quod erit $= \frac{1}{n}''$, atque frequentia pulſuum erit reciproce ut hoc intervallum $1:n$, ideoque directe ut numerus n. Exponamus autem frequentiam littera x, ita ut evaneſcente x frequentia ceſſet, caſusque ad unicum pulſum reducatur.

§. XXIII. Propoſito ergo radio lucis quocunque, cujus pulſuum frequentia ſit $= x$, qua color, quem hic radius repræſentat, exponitur; ſi iſte radius per medium quodpiam diaphanum progrediatur, in quo celeritas unici pulſus ſit $= p$, celeritas qua ipſe radius per hoc medium propagabitur, major erit quam p, atque exprimetur certa quadam functione litterarum p et x. Cujusmodi autem hæc ſit functio, a priori determinare non licet: inde enim plus non liquet, quam hanc functionem ita eſſe comparatam, ut ea fiat $= p$, ſi frequentia x plane evaneſcat, tum vero ut creſcente frequentia x, ea quoque fiat major quam p. Hujusmodi autem functiones innumerabiles imaginari licet, quæ omnes his memoratis proprietatibus ſint præditæ. Sit enim X functio quæcunque ipſius x, quæ evaneſcat poſito $x = 0$; et quæ creſcente x pariter creſcat, atque celeritas radii lucis hujusmodi formulis exprimi poterit: $p + X$; $p(1+X)$; p^{1+X}; &c. tres autem has hypotheſes potiſſimum examinabo.

§. XXIV. Quænam autem harum formularum in natura locum habere queant, ex phænomenis refractionis propius colligere licebit; tranſeat enim radius lucis, cujus frequentia $= x$, in aliud medium, per quod unicus pulſus propagetur celeritate $= q$; atque in hoc medio celeritas radii erit vel $q + X$ vel $q(1+X)$ vel q^{1+X}. Unde dum radius ex priori medio in hoc tranſit, erit ſinus anguli incidentiæ ad ſinum anguli refractionis, vel ut $p + X$

ad $q+X$; vel ut $p(1+X)$ ad $q(1+X)$; vel ut p^{1+X} ad q^{1+X}. In ſecunda ergo hypotheſi foret ratio refractionis ut p ad q; ideoque a pulſuum frequentia non penderet: cum igitur experientia teſtetur, radios qui ratione frequentiæ pulſuum inter ſe diſcrepant, alia quoque lege refringi, hoc ipſo ſecunda hypotheſis evertitur.

§. XXV. Ex prima hypotheſi, quæ rationem refractionis præbet $= p+X : q+X$ ſequitur, quo major fuerit frequentia pulſuum x, eo magis rationem refractionis ad rationem æqualitatis accedere; ſi enim eſſet $X = \infty$, ipſa haberetur ratio æqualitatis. Cum igitur refractio radiorum rubrorum minor ſit quam radiorum violaceorum, ſi hæc hypotheſis locum haberet, ex ea ſequeretur, radios rubros majori pulſuum frequentia conſtare, quam radios violaceos. At quia ſecundum tertiam hypotheſin ratio refractionis $p^{1+X} : q^{1+X}$, eo continuo magis a ratione æqualitatis recedit, quo major fuerit pulſuum frequentia x; ſi ea locum haberet, ſequeretur, radios rubros minori pulſuum frequentia conſtare, quam radios violaceos. Si igitur ex aliis phænomenis pateret, utrum in radiis rubris major pulſuum frequentia inſit an minor, quam in radiis violaceis? ſimul intelligeremus, utra harum duarum hypotheſium veritati magis eſſet conſentanea.

§. XXVI. Quo autem propius ad phænomena hoc examen accommodemus, ſit x frequentia radiorum rubrorum, y frequentia radiorum violaceorum, tum vero ſit Y talis functio ipſius y, qualis X eſt ipſius x. Deinde ſit p celeritas pulſus unici in aere, et q in vitro, quoniam quidem refractio radiorum diverſi coloris ex aere in vitrum ſumma diligentia eſt explorata. Sit porro $1 : m$ ratio refractionis radiorum rubrorum, et $1 : n$ radiorum violaceorum ex aere in vitrum intrantium, ita ut ſecundum experimenta Newtoni ſit $m = \frac{50}{77}$ et $n = \frac{50}{78}$. Erit

Erit ergo per primam hypotheſin $\frac{p+X}{q+X}=\frac{1}{m}=\frac{77}{50}$ & $\frac{p+Y}{q+Y}=\frac{78}{50}=\frac{1}{n}$: per tertiam vero hypotheſin habebitur $\left(\frac{p}{q}\right)^{1+X}=\frac{1}{m}$ & $\left(\frac{p}{q}\right)^{1+Y}=\frac{1}{n}$. Inde elicitur $X=\frac{mp-q}{1-m}=\frac{50p-77q}{27}$ & $Y=\frac{np-q}{1-n}=\frac{50p-78q}{28}$; hinc vero $1+X=l\frac{1}{m}:l\frac{p}{q}$ & $1+Y=l\frac{1}{n}:l\frac{p}{q}$.

§. XXVII. Conſideretur jam aliud quodcunque medium diaphanum, per quod unicus pulſus propagetur celeritate $=r$, ſitque $1:\mu$ ratio refractionis radiorum rubrorum, et $1:\nu$ radiorum violaceorum, qui ex aere in hoc medium ingrediuntur. Per primam ergo hypotheſin erit:

$\frac{p+X}{r+X}=\frac{1}{\mu}$ & $\frac{p+Y}{r+Y}=\frac{1}{\nu}$: Ergo ob $X=\frac{mp-q}{1-m}$ & $Y=\frac{np-q}{1-n}$

habebimus $\frac{q-p}{(1-m)r+mp-q}=\frac{1}{\mu}$ & $\frac{p-q}{(1-n)r+np-q}=\frac{1}{\nu}$: unde elicimus

$r=\frac{\mu p-\mu q-mp+q}{1-m}=\frac{\nu p-\nu q-np+q}{1-n}$; hincque porro æquationem reſultantem per $p-q$ dividendo: $m\nu-\mu n-m+n+\mu-\nu=0$. Quod ſi ergo detur ratio refractionis radiorum rubrorum ex aere in quodvis medium diaphanum, per hanc æquationem aſſignabitur ratio refractionis radiorum violaceorum.

§. XXVIII.

Digitized by Google

§. XXVIII. Quoniam novimus diſcrimen inter refractiones radiorum rubrorum et violaceorum eſſe minimum ſit 1 : a ratio refractionis radiorum mediæ naturæ ex aere in vitrum, exiſtente $a = \frac{20}{31}$, ac ponamus $m = a + d$ et $n = a - d$, erit $d = \frac{85}{77 \cdot 78}$, ideoque quantitas valde parva. Deinde pro tranſitu radiorum ex aere in novum iſtud medium diaphanum ſit 1 : α ratio refractionis radiorum mediæ naturæ, ponaturque pariter $\mu = \alpha + \delta$ et $\nu = \alpha - \delta$ ob d et δ quantitates minimas hi valores pro m, n, μ et ν in æquatione ante inventa ſubſtituti dabunt:

$$\alpha d - a\delta - d + \delta = 0, \text{ ideoque } \delta = \frac{1-\alpha}{1-a} d$$

Si hoc medium diaphanum ſit aqua, pro qua radiorum mediæ naturæ ratio refractionis ſtatuitur 4 : 3 ſeu $\alpha = \frac{3}{4}$; erit $\delta = \frac{31}{4 \cdot 11} \cdot \frac{85}{77 \cdot 78} = \frac{31}{44} d$. Sicque diverſitas refractionis pro radiorum diverſa natura minor eſt in tranſitu ex aere in aquam, quam ex aere in vitrum, in ratione 31 ad 44.

§. XXIX. Sin autem tertiam hypotheſin conſulamus pro hac eadem refractione radiorum ex aere in novum hoc medium tranſeuntium, erit $\left(\frac{p}{r}\right)^{1+X} = \frac{1}{\mu}$ & $\left(\frac{p}{r}\right)^{1+Y} = \frac{1}{\nu}$ ideoque $1+X = \frac{l\frac{1}{\mu}}{l\frac{p}{r}} = \frac{l\frac{1}{m}}{l\frac{p}{q}}$ & $1+Y = \frac{l\frac{1}{\nu}}{l\frac{p}{r}} = \frac{l\frac{1}{n}}{l\frac{p}{q}}$ Hinc ergo erit $l\mu : l\nu = lm : ln$. Quare ſi μ detur atque ita exprimatur ut ſit $\mu = m^e$ erit quoque $\nu = n^e$, unde pro tranſitu radiorum ex aere in diverſa media hæc elicitur regula, ut, quotuplicata eſt ratio refractionis radiorum rubrorum in unum medium reſpectu rationis refractionis eo-

run-

rundem radiorum in medium alterum, totuplicata ſit quoque ratio refractionis radiorum violaceorum in medium prius reſpectu rationis in poſterius. Seu hæc concluſio ita facilius concipi poteſt, ut, ſi ratio refractionis ex medio quovis in aliud quodcunque ſit $1 : \mu$ pro radiis rubris et $1 : \nu$ pro radiis violaceis, ſemper ſit $l\mu$ ad $l\nu$ in eadem ratione, quomodocumque etiam illa media ratione refractionis diſcrepent.

§. XXX. Ponamus ut ante $m = a + d$, $n = a - d$, et $\mu = \alpha + \delta$ et $\nu = \alpha - \delta$ eritque, $l(a+d) : l(a-d) = l(\alpha+\delta) : l(\alpha-\delta)$. Vel ſi ſit $a+d = (a-d)^{e}$ erit quoque $\alpha+\delta = (\alpha-\delta)^{e}$. Quo autem hunc facilius valorem ipſius δ elicere queamus, hoc logarithmos in ſeries convertamus, eritque

$$\frac{la + \frac{d}{a} - \frac{dd}{2aa} + \frac{d^3}{3a^3} \,\&c.}{la - \frac{d}{a} - \frac{dd}{2aa} - \frac{d^3}{3a^3} \,\&c.} = \frac{l\alpha + \frac{\delta}{\alpha} - \frac{\delta\delta}{2\alpha\alpha} + \frac{\delta^3}{3\alpha^3}}{l\alpha - \frac{\delta}{\alpha} - \frac{\delta\delta}{2\alpha\alpha} - \frac{\delta^3}{3\alpha^3}}$$

Jam ob d et δ quantitates minimas, erit proxime $\frac{\delta}{\alpha} l a = \frac{d}{a} l\alpha$ ſeu $\delta = \frac{\alpha l\alpha}{a la} d$.

Si pro medio hoc aqua accipiatur, ut ſit $\alpha = \frac{3}{4}$ reperietur $\delta = \frac{937}{1228} d$, at prima hypotheſis dederat $\delta = \frac{31}{44} d$. In fractionibus decimalibus erit ſecundum primam hypoth. $\delta = 0.\ 7045\, d$, atque ſecundum tertiam hypoth. $\delta = 0.\ 7630\, d$; diſcrimen quo hic valor illum excedit eſt $= 0.\ 0585\, d$.

§. XXXI. Perſpicitur ergo, quantumvis hæ duæ hypotheſes, quarum altera radiis rubris majorem pulſuum frequentiam, altera vero minorem tribuit, quam violaceis, inter ſe diſcrepent, tamen eandem fere differentiam inter refractionem radiorum

Digitized by Google

rubrorum ac violaceorum ex utraque oriri. Diſcrepantia quidem ſatis eſt parva, et per experimenta difficulter decidi poſſe videtur, utra ad veritatem propius accedat. Quod ſi autem experimenta tanta cura inſtituantur, ut variatio refractionis pro diverſa radiorum natura tam ex aere in vitrum, quam ex aere in aquam exactiſſime inde innoteſcat, non ſolum utra noſtrarum hypotheſium ſit verior, intelligetur: ſed ſi utraque a veritate nonnihil diſcrepare deprehendatur; facile foret novam excogitare hypotheſin, quae phaenomenis refractionis perfecte ſatisfaciat. Qua inventa facilior fortaſſe via reddetur ad theoriam, unde haec diverſa refractionis ratio explicetur, luculentius evolvendam.

§. XXXII. Quae hactenus de diverſa radiorum lucis refrangibilitate tradidi, multo latius patent, atque locum perinde habent, ſive hypotheſis diverſae celeritatis, quam radiis diverſicoloribus in eodem medio tribui, vera ſit ſive falſa. Cum enim radiorum ex alio medio in aliud tranſeuntium refractio non ſolum a diverſitate mediorum pendeat, ſed etiam a colore ſeu natura radii, litterae $p. q. r$ naturam mediorum, quatenus ab ea refractio pendet, exprimant, et litterae x et y naturam radiorum rubrorum et violaceorum, quatenus ab ea refractio afficitur. Ita ſi p exprimat facultatem refractivam aeris, q vitri, et r aquae, tum vero x contineat naturam radiorum rubrorum et y violaceorum, quaecunque demum his litteris quantitates deſignentur, certum eſt ſi radius ruber ex aere in vitrum tranſeat, fore ſinum anguli incidentiae ad ſinum anguli refractionis, uti eſt functio quaepiam litterarum p et x ad functionem ſimilem litterarum q et x.

§. XXXIII. Denotet $\varphi. px$ hanc litterarum p et x functionem, qua refrangibilitas determinatur, ſitque $\varphi. qx$ ſimilis functio litterarum q et x; atque $\varphi. rx$ litterarum r et x. Tum pari modo pro radiis violaceis ſint $\varphi. py$, $\varphi. qy$ et $\varphi. ry$ ſimiles functiones litterarum p et y, q et y, atque r et y. Jam

pro

Digitized by Google

pro radiis rubris	Sin. incid. ad ſin. refract.
ex aere in vitrum intrantibus	ut $1 : m$
ex aere in aquam intrantibus	ut $1 : \mu$
pro radiis violaceis	
ex aere in vitrum intrantibus	ut $1 : n$
ex aere in aquam intrantibus	ut $1 : \nu$

eritque refractiones has per functiones exprimendo

$$1 : m = \varphi . px : \varphi\, qx \quad\Big|\quad 1 : \mu = \varphi . px : \varphi . rx$$
$$1 : n = \varphi . qy : \varphi . qy \quad\Big|\quad 1 : \nu = \varphi . qy : \varphi . ry$$

unde habemus:

$$m = \frac{\varphi . qx}{\varphi . px};\ n = \frac{\varphi . qy}{\varphi . py};\ \mu = \frac{\varphi\, rx}{\varphi . px};\ \nu = \frac{\varphi . ry}{\varphi . py}$$

§. XXXIV. Per experimenta autem, quibus diverſa radiorum refrangibilitas ex aere in vitrum eſt inveſtigata, compertum eſt eſſe $m = \frac{50}{77}$, et $n = \frac{50}{78}$ ita ut ſit $m : n = 78 : 77$. Quanta autem pro radiis ex aere in aquam aliudve medium ingredientibus ſit differentia inter litteras μ et ν, ex indole functionis φ definiri debet, quæ etiamſi ſit ignota, tamen hinc oſtendere licet, non eſſe $\mu : \nu = m : n$. Si enim eſſet $\mu : \nu = m : n$ foret $\varphi . rx : \varphi . ry = \varphi . qx : \varphi . qy$, ideoque foret etiam $\varphi . px : \varphi . py = \varphi . qx : \varphi . qy = \varphi . rx : \varphi . ry$: hinc autem ſequeretur fore $\frac{\varphi . qy}{\varphi . py} = \frac{\varphi . qx}{\varphi . px}$ ac per conſequens $n = m$. Quare cum non ſit $n = m$, manifeſtum eſt fieri non poſſe ut, ſit $m : n = \mu : \nu$; ſicque cum ſit $m : n = 78 : 77$; pro radiis ex aere in aquam ingredientibus, non erit $\mu : \nu = 78 : 77$; quæ ratio etiam in nullo alio tranſitu radiorum ex aere in aliud medium quodcunque locum habere poteſt.

§. XXXV. Ex data autem differentia litterarum m et n, quæ ad tranſitum radiorum ex aere in vitrum pertinet, definire poſſe videtur differentia inter litteras μ et ν, quæ tranſitum radiorum ex aere in aquam aliudve medium diaphanum ſpectant, ſi ratio

tio quædam phyſica in ſubſidium vocetur. Concipiatur nempe medium quoddam A, cujus denſitas quam minime ſuperet denſitatem aeris, ſitque ratio refractionis radiorum rubrorum ex aere in hoc medium intrantium $= 1 : M$, radiorum violaceorum vero $= 1 : N$. Tum concipiantur alia media diaphana A^2, A^3, A^4, A^5, &c. quorum denſitates ita ordine creſcant, ut radiorum ex quolibet medio in proxime ſequens eadem ſit refractio, quæ ex aere in medium primum A. Scilicet ſit

Ratio refractionis - -	radiorum rubrorum	radiorum violaceorum
ex aere in medium A	$1 : M$	$1 : N$
ex medio A in medium A^2	$1 : M$	$1 : N$
ex medio A^2 in medium A^3	$1 : M$	$1 : N$
ex medio A^3 in medium A^4	$1 : M$	$1 : N$
&c.		

§. XXXVI. His poſitis manifeſtum eſt, ſi radii ex aere immediate ingrediantur in medium A^2, fore rationem refractionis pro rubris $= 1 : M^2$, et pro violaceis $= 1 : N^2$: ſimili modo ſi radii ex aere immediate transeant in medium A^3, erit ratio refractionis radiorum rubrorum $= 1 : M^3$, et violaceorum $= 1 : N^3$. Generatim ergo ſi medium quoddam concipiatur ſigno A^ξ reſpondens, in quod radii ex aere penetrent, erit ratio refractionis radiorum rubrorum $= 1 : M^\xi$ et radiorum violaceorum $= 1 : N^\xi$. Quoniam igitur exponens ξ omnes omnino numeros complectitur, medium A^ξ ad omnia plane diaphana media repraeſentanda erit aptum. Quare ſi A^ξ ſumatur ad vitrum exhibendum, erit $M^\xi = m$ et $N^\xi = n$, ideoque logarithmis ſumendis $\xi lM = lm$ et $\xi lN = ln$, ita ut ſit $lm : ln = lM : lN$.

§. XXXVII. Simili modo ſi aliud concipiatur medium A^η, quod ratione refractionis cum aqua conveniat, erit radiorum rubrorum ex aere in hoc medium ingredientium ratio refractionis

$= 1 :$

$= 1 : M^x$ et radiorum violaceorum $= 1 : N^x$, ita ut jam ſit $\mu = M^x$ et $\nu = N^x$, ideoque $l\mu : l\nu = lM : lN$. Unde patet ſi in tranſitu ex aere in aquam aliudve medium diaphanum ſit ratio refractionis radiorum rubrorum $= 1 : \mu$ et radiorum violaceorum $= 1 : \nu$, fore ſemper $l\mu : l\nu = lm : ln$, quae eſt eadem proprietas, quam ſupra hypotheſis tertia ſuppeditaverat; ſicque haec hypotheſis prae reliquis omnibus veritati conſentanea videtur. Ex quo ſequitur, ſi v ſit velocitas unici pulſus per medium quoddam diaphanum, atque φ exprimat pulſuum, qui radium lucis conſtituunt, frequentiam, vel functionem ejus quampiam, fore celeritatem hujus radii per iſtud medium $= v^{1+\varphi}$: ſimul vero hinc eſt concludendum, in radiis rubris minimam ineſſe pulſuum frequentiam, in violaceis vero maximam, propterea quod illi minime, hi vero maxime refringuntur.

§. XXXVIII. Si ratio refractionis ex aere in medium quoddam diaphanum C ſit pro radiis rubris $= 1 : \mu$ et pro radiis violaceis $= 1 : \nu$; cum vero aliud medium diaphanum habeatur D, in quod radiorum ex aere incidentium ſit ratio refractionis pro rubris $= 1 : \mathfrak{m}$ et pro violaceis $= 1 : \mathfrak{n}$, erit $l\mu : l\nu = l\mathfrak{m} : l\mathfrak{n} = lm : ln$. Tranſeant jam radii ex medio C in medium D erit ratio refractionis radiorum rubrorum $= \mu : \mathfrak{m}$ et radiorum violaceorum $= \nu : \mathfrak{n}$, atque logarithmus illius rationis erit ad logarithmum hujus rationis, ut $l\frac{\mu}{\mathfrak{m}}$ ad $l\frac{\nu}{\mathfrak{n}}$ hoc eſt ut $l\mu - l\mathfrak{m}$ ad $l\nu - l\mathfrak{n}$, quae ratio redit ad hanc $lm : ln$, ſicque in tranſitu radiorum ex medio quocunque diaphano in aliud quodcunque, ſemper erit logarith. rationis refractionis radiorum rubrorum ad logar. rationis refractionis violaceorum in ratione conſtante.

§. XXXIX. Haec autem ratio conſtans, cum ſit $m = \frac{50}{77}$ et $n = \frac{50}{78}$, erit $= l\frac{50}{77}$ ad $l\frac{50}{78}$, et quia eorundem numerorum

Digitized by Google

logarithmi eandem inter ſe tenent rationem, quicunque valor ſubtangenti logarithmicæ tribuatur, ſumendis logarithmis vulgaribus erit hæc ratio conſtans $= 1875207 : 1931246$ ſeu proxime ut 33 ad 34. Quodſi ergo radii ex medio quocunque in aliud medium quodcunque ingrediantur, erit ſemper log. rationis refractionis radiorum rubrorum, ad log. rationis refractionis radiorum violaceorum ut 33 ad 34. Hinc ſi ratio refractionis radiorum rubrorum per experimenta fuerit explorata, quæ ſit ut 1 ad $\mathfrak{M}$, ex ea facile ratio refractionis radiorum violaceorum, quæ ſit ut 1 ad $\mathfrak{N}$, definietur, cum enim ſit $l\frac{1}{\mathfrak{M}} : l\frac{1}{\mathfrak{N}}$ ſeu $l\mathfrak{M} : l\mathfrak{N} = 33 : 34$ erit $l\mathfrak{N} = \frac{34}{33}\, l\mathfrak{M}$, ideoque $\mathfrak{N} = \mathfrak{M}^{34:33} = \mathfrak{M}^{1+\frac{1}{33}}$.

§. XL. Sit ut ſupra (26) x frequentia pulſuum radiorum rubrorum, y frequentia violaceorum, et X, Y functiones illæ harum quantitatum, quarum ratio in definienda celeritate radiorum haberi debet. Sit præterea p celeritas unici pulſus in medio priori, et q celeritas unici pulſus in poſteriori, eritque ratio refractionis radiorum rubrorum $= p^{1+X} : q^{1+X}$, et violaceorum $= p^{1+Y} : q^{1+Y}$: hinc logarithmi harum rationum inter ſe erunt ut 33 ad 34, ſeu erit $1+X : 1+Y = 33 : 34$. Si igitur daretur numerus X, ex eo definiri poſſet numerus Y: vel etiam ſi ratio numerorum X & Y innoteſceret, inde uterque aſſignari poſſet. Sed quia hic nos Theoria deſerit, nihil amplius hinc concludere licet, etiamſi hæc hypotheſis veritati maxime conſentanea videatur.

De

Digitized by Google

De Numeris Amicabilibus.

Definitio.

§. I.

Bini Numeri vocantur amicabiles, ſi ita ſint comparati, ut ſumma partium aliquotarum unius æqualis ſit alteri numero, & viciſſim ſumma partium aliquotarum alterius priori numero æquetur.

Sic iſti numeri 220 & 284 ſunt amicabiles; prioris enim 220 partes aliquotæ junctim ſumtæ: 1 + 2 + 4 + 5 + 10 + 11 + 20 + 22 + 44 + 55 + 110 faciunt 284: & hujus numeri 284 partes aliquotæ: 1 + 2 + 4 + 71 + 142 producunt priorem numerum 220.

Scholion.

§. II. Stifelius, qui primus hujusmodi numerorum mentionem fecit, caſu hos duos numeros 220 & 284 contemplatus ad hanc ſpeculationem deductus videtur; analyſin enim ineptam exiſtimat, cujus ope plura iſtiusmodi numerorum paria inveniantur. Carteſius vero analyſin ad hoc negotium accommodare eſt conatus, regulamque tradidit, qua tria talium numerorum paria elicuit, neque præter ea Schotenius, qui multum in hac inveſtigatione deſudaſſe videtur, plura eruere valuit. Poſt hæc tempora nemo fere Geometrarum ad hanc quæſtionem magis evolvendam operam impendiſſe reperitur. Cum autem nullum ſit dubium quin analyſis quoque ex hac parte incrementa non contemnenda ſit conſecutura, ſi methodus aperiatur, qua multo plura hujusmodi numerorum paria inveſtigare liceat, haud abs re fore arbitror, ſi methodos quasdam huc ſpectantes, in quas forte incidi, communicavero. In hunc finem autem ſequentia præmittere neceſſe eſt.

Hy-

Hypotheſis.

§. III. Si n denotet numerum quemcunque integrum poſitivum, cujusmodi numeri hic ſemper ſunt intelligendi, omnium ejus diviſorum ſummam hoc ſigno $\int n$ indicabo, ita ut character $\int$ numero cuipiam præfixus ſummam omnium ejusdem numeri diviſorum denotet: ſic erit $\int 6 = 1+2+3+6 = 12$.

Corollarium. I.

§. IV. Quoniam inter diviſores cujusvis numeri hic ipſe numerus refertur, partes aliquotæ autem cenſentur diviſores ipſo numero excepto, manifeſtum eſt ſummam partium aliquotarum numeri n exprimi per $\int n - n$.

Coroll. 2.

§. V. Quoniam numerus primus nullos alios diviſores admittit præter unitatem & ſe ipſum, ſi n ſit numerus primus erit $\int n = 1 + n$. Cum autem caſu $n = 1$ ſit $\int 1 = 1$, patet unitatem non recte numeris primis annumerari.

Lemma. I.

§. VI. Si m & n fuerint numeri inter ſe primi, ut præter unitatem nullum habeant diviſorem communem, tum erit $\int mn = \int m . \int n$, ſeu ſumma diviſorum producti mn æqualis eſt producto ex ſummis diviſorum utriusque numeri m & n.

Productum enim mn primo habet ſingulos diviſores utriusque factoris m & n, tum vero inſuper diviſibile eſt per producta ex ſingulis diviſoribus numeri m in ſingulos diviſores numeri n. Hi vero omnes ipſius mn diviſores junctim prodeunt, ſi $\int m$ per $\int n$ multiplicetur.

Coroll. I.

§. VII. Si numerorum m & n uterque ſit primus, ideoque $\int m = 1 + m$ & $\int n = 1 + n$, erit ſumma diviſorum producti $\int mn =$

(1+m)

$(1+m)(1+n) = 1+m+n+mn$. Si præterea p ſit numerus primus diverſus ab m & n, erit $\int mnp = \int mn . \int p = \int m . \int n . \int p = (1+m)(1+n)(1+p)$ Hincque ſumma diviſorum cujusque numeri, qui eſt productum ex quotcunque numeris primis diverſis, facile aſſignabitur.

Coroll. 2.

$$cc\alpha^2\beta^2 xy \begin{array}{l} - bc\alpha\beta(\alpha+\beta)x\\ - bc\alpha\beta(\alpha+\beta)y\end{array} + bb(\alpha+\beta)^2 = -2bc\alpha\beta + bb(\alpha+\beta)^2$$

Quare ſatisfieri debet huic æquationi:

$$(c\alpha\beta x - b(\alpha+\beta))(c\alpha\beta y - b(\alpha+\beta)) = bb(\alpha+\beta)^2 - 2bc\alpha\beta$$

Numerus ergo $bb(\alpha+\beta)^2 - 2bc\alpha\beta$ quovis caſu in duo ejus modi factores, qui ſint PQ, reſolvi debet, ut poſitis

$$x = \frac{P + b(\alpha+\beta)}{c\alpha\beta} \quad \& \quad y = \frac{Q + b(\alpha+\beta)}{c\alpha\beta}$$

hi numeri x & y non ſolum fiant integri, ſed etiam $\alpha x - 1$; $\beta y - 1$; $\beta x - 1$; & $\alpha y - 1$ numeri primi. Erit igitur

$$p = \frac{P + b\alpha + (b-c)\beta}{c\beta};\quad q = \frac{Q + b\beta + (b-c)\alpha}{c\alpha}$$

$$r = \frac{P + b\beta + (b-c)\alpha}{c\beta};\quad s = \frac{Q + b\alpha + (b-c)\beta}{c\alpha}$$

Quovis ergo valore ipſius a propoſito, unde reperitur $\frac{b}{c} = \frac{a}{2a - \int a}$, diſpiciendum eſt, utrum cum numeri α & β ita aſſumi, tum reſolutio hæc:

$$bb(\alpha+\beta)^2 - 2bc\alpha\beta = PQ$$

ita inſtitui queat, ut valores modo traditi pro p, q, r & s fiant numeri primi, & tales quidem, ut factor communis a nullum eorum involvat. Quoties autem his conditionibus ſatisfieri poterit, erunt numeri amicabiles: apq & ars.

Co-

Coroll.

§. LVII. Quoniam eſſe nequit $a = c$, pro his numeris a & c ponantur numeri ſimpliciores, hincque orientur caſus ſequentes:

I. Sit $a = 1$; $c = 2$; erit $PQ = 9bb - 4bc$; &

$$p = \frac{P + 3b - 2c}{2c}; \quad q = \frac{Q + 3b - c}{c}$$

$$r = \frac{P + 3b - c}{c}; \quad s = \frac{Q + 3b - 2c}{2c}$$

II. Sit $a = 1$; $c = 3$; erit $PQ = 16bb - 6bc$ &

$$p = \frac{P + 4b - 3c}{3c}; \quad q = \frac{Q + 4b - c}{c}$$

$$r = \frac{P + 4b - c}{c}; \quad s = \frac{Q + 4b - 3c}{3c}$$

III. Sit $a = 2$; $c = 3$; erit $PQ = 25bb - 12bc$

$$p = \frac{P + 5b}{3c} - 1; \quad q = \frac{Q + 5b}{2c} - 1$$

$$r = \frac{P + 5b}{2c} - 1; \quad s = \frac{Q + 5b}{3c} - 1$$

IV. Sit $a = 1$; $c = 4$; erit $PQ = 25bb - 8bc$ &

$$p = \frac{P + 5b}{4c} - 1; \quad q = \frac{Q + 5b}{c} - 1$$

$$r = \frac{P + 5b}{c} - 1; \quad s = \frac{Q + 5b}{4c} - 1$$

V. Sit

Digitized by Google

V. Sit $a = 3$; $c = 4$; erit $PQ = 49\,bb - 24\,bc$

$$p = \frac{P+7b}{4c} - 1; \quad q = \frac{Q+7b}{3c} - 1$$

$$r = \frac{P+7b}{3c} - 1; \quad r = \frac{Q+7b}{4c} - 1$$

VI. Sit $a = 1$; $c = 5$; erit $PQ = 36\,bb - 10\,bc$

$$p = \frac{P+6b}{5c} - 1; \quad q = \frac{Q+6b}{c} - 1; \quad r = \frac{P+6b}{c} - 1; \quad s = \frac{Q+6b}{5c} - 1$$

VII. Sit $a = 2$; $c = 5$; erit $PQ = 49\,bb - 20\,bc$

$$p = \frac{P+7b}{5c} - 1; \quad q = \frac{Q+7b}{2c} - 1; \quad r = \frac{P+7b}{2c} - 1; \quad s = \frac{Q+7b}{5c} - 1$$

VIII. Sit $a = 3$; $c = 5$; erit $PQ = 64\,bb - 30\,bc$

$$p = \frac{P+8b}{5c} - 1; \quad q = \frac{Q+8b}{3c} - 1; \quad r = \frac{P+8b}{3c} - 1;$$

$$s = \frac{Q+8b}{5c} - 1$$

IX. Sit $a = 4$; $c = 5$; erit $PQ.\ 81\,bb - 40\,bc$

$$p = \frac{P+9b}{5c} - 1; \quad q = \frac{Q+9b}{4c} - 1; \quad r = \frac{P+9b}{4c} - 1;$$

$$s = \frac{Q+9b}{5c} - 1$$

X. Sit

X. Sit $a = 1$; $c = 6$; erit $PQ = 49bb - 12bc$.

$$p = \frac{P+7b}{6c} - 1;\ q = \frac{Q+7b}{c} - 1;\ r = \frac{P+7b}{c} - 1;$$

$$s = \frac{Q+7b}{6c} - 1;$$

XI. Sit $a = 5$; $c = 6$, erit $PQ = 121bb - 60bc$

$$p = \frac{P+11b}{6c} - 1;\ q = \frac{Q+11b}{5c} - 1;\ r = \frac{P+11b}{5c} - 1;$$

$$s = \frac{Q+11b}{6c} - 1;$$

Secundum hos igitur caſus valores ipſius a jam ante adhibitos, quia præ ceteris ad numeros amicabiles inveniendos videntur apti, evolvam, ex iis autem potiſſimum eos eligam, qui actu ad numeros amicabiles deducunt.

Exemplum. I.

§. LXVIII. Sit $a = 2^2$; erit $b = 4$, & $c = 1$. Sumatur caſus ſecundus quo $a = 1$, $c = 3$, ut numeri amicabiles ſint 2^2pq & 2^2rs, fierique debet

$PQ = 16.16 - 6.4 = 232$, atque

$$p = \frac{P+16}{3} - 1;\ q = Q + 16 - 1;\ r = P + 16 - 1\ \&\ s = \frac{Q+16}{3} - 1$$

factores ergo numeri 232 ita debent eſſe comparati, ut 16 aucti fiant per 3 diviſibiles:

$P = 2$ Alia reſolutio nulla ſuccedit, ſi enim poneretur
$Q = 116$ $P = 8$, fieret Q numerus impar, neque ergo q

$P + 16 =$	18
$Q + 16 =$	132
$p =$	5
$q =$	131
$r =$	17
$s =$	43

& s numeri primi eſſe poſſent. Hinc ergo obtinentur hi numeri amicabiles:

$$\left\{ \begin{matrix} 2^2.\ 5.\ 131 \\ 2^2.\ 17.\ 43 \end{matrix} \right\}.$$

Exemplum. 2.

§. LXIX. Si $\alpha = 1$ & $\beta = 3$, & a poteſtas binarii altior: inventio numerorum amicabilium non ſuccedit, donec perveniatur ad $a = 2^8$. Tum autem erit $b = 2^8$ & $c = 1$: atque

$$PQ = 16.\ 2^{16} - 6.\ 2^8 = 2^9 (2^{11} - 3) = 512.\ 2045 = 512.\ 5.\ 409;$$

$$p = \frac{P + 1024}{3} - 1;\ q = Q + 1024 - 1;\ r = P + 1024 - 1;\ s = \frac{Q + 1024}{3} - 1$$

unde factores P & Q ita debent eſſe comparati, ut quaternario aucti per 3, (vel ut quoti fiant pares) per 6 ſint diviſibiles.

$P =$	2	8	20	32	80	128	320	1280
$Q =$	- -				13088	8180		
$P + 1024 =$	1026	1032	1044	1056	1104	1152	1344	2304
$Q + 1024 =$	- -	- -			14112	9204		
$p =$	341	343*	347		367	383	447*	767*
$q =$	- - -	- -			14111*	9203		
$r =$	1025*	- -	1043*	1055*	1103	1151	1343	2303
$s =$	- - -	- -	- - -	- -	4703	3067		

Erunt ergo numeri amicabiles $\left\{ \begin{matrix} 2^8.\ 383.\ 9203 \\ 2^8.\ 1151.\ 3067 \end{matrix} \right.$

Exem-

Digitized by Google

Exempl. 3.

§. LXX. Sit $\alpha = 2$ & $\varepsilon = 3$ & ſumatur $a = 3^2.5.13$ ut ſit $b = 15$ & $c = 2$; erit $PQ = 25.225 - 12.30 = 3^4.5.13$

$$p = \frac{P+75}{6} - 1;\; q = \frac{Q+75}{4} - 1;\; r = \frac{P+75}{4} - 1;$$

$$s = \frac{Q+75}{6} - 1$$

unde factores P Q ejusmodi eſſe debent, ut ternario aucti fiant per 24 diviſibiles.

P	=	45
Q	=	117
P + 75	=	120
Q + 75	=	192
p	=	19
q	=	47
r	=	29
s	=	31

Aliæ reſolutiones non inveniunt locum; unde hinc numeri amicabiles prodeunt.

$$\begin{cases} 3^2.5.13.19.47 \\ 3^2.5.13.29.31 \end{cases}$$

Exempl. 3.

§. LXXI. Sit $\alpha = 1$ & $\varepsilon = 4$, ſumatur $a = 3^2.5$, ut ſit $b = 9$, $c = 2$, erit $PQ = 25.81 - 8.18 = 9.11.19$ &

$$p = \frac{P+45}{8} - 1;\; q = \frac{Q+45}{2} - 1;\; r = \frac{P+45}{2} - 1;$$

$$s = \frac{Q+45}{8} - 1$$

unde P & Q ejusmodi debent eſſe numeri, ut quinario aucti per 8 fiant diviſibiles:

Digitized by Google

P	=	3	19
Q	=	627	99
P + 45	=	28	64
Q + 45	=	672	144
p	=	5	7
q	=	335*	71
r	=	23	31
s	=	83	17

Hinc ergo oriuntur numeri amicabiles:

$$\left\{ \begin{array}{l} 3^3 . 5 . 7 . 71 \\ 3^3 . 5 . 31 . 17 \end{array} \right\}.$$

Scholion.

§. LXXII. Hæ autem operationes nimis ſunt incertæ, ac plerumque plures fruſtra inſtituuntur, antequam numeri amicabiles ſe offerunt. Labor quoque foret vehementer prolixus, ſi ſingulis valoribus ipſius σ, quos quidem ſupra exhibui, per ſingulos caſus litterarum α & β percurrere velimus; atque nimis raro evenit, ut quatuor numeri pro p, q, r & s reſultantes ſimul fiant primi. Tum vero etiam inventio numerorum amicabilium per determinationem rationis α & β nimis reſtringitur, atque dantur caſus hujusmodi numerorum, in quibus ratio α & β tam eſt complicata, ut nulla probabili ratione eligi potuiſſet, cujusmodi ſunt numeri amicabiles $2^4 . 19 . 8563$ & $2^4 . 83 . 2039$, ad quos hac via inveniendos ratio $\alpha : \beta$ aſſumi debuiſſet $5 : 21$ vel $1 : 102$. Hanc ob rem huic methodo nimis ſterili & operoſæ diutius non immoror, ſed aliam viam aperiam, qua facilius & expeditius numeros amicabiles tam hujus ſecundæ formæ, quam aliarum magis compoſitarum inveſtigare liceat; & quæ ſimilis ſit præcedenti, quæ tribus tantum numeris primis reperiendis abſolvitur.

Problema. 2.

§. LXXIII. *Invenire numeros amicabiles hujus formæ* **a p q** & **a r s**,

Digitized by Google

$\text{ſ}r$, *ubi* p, q, & r *ſint numeri primi*, *f ſive primus ſive compoſitus*, *qui perinde ac factor communis* a *ſit datus.*

Solutio.

Quærantur iterum ex cognito factore communi a valores b & c ut ſit $\frac{b}{c} = \frac{a}{2a - \text{ſ}a}$; & ſit numeri f ſumma diviſorum $\text{ſ}f = gh$. Cum igitur primo requiratur ut ſit $\text{ſ}p.\text{ſ}q = \text{ſ}f.\text{ſ}r$, erit $(p+1)(q+1) = gh(r+1)$. Ponatur $r+1 = xy$, $p+1 = hx$ & $q+1 = gy$, & neceſſe erit, ut ſint hi tres numeri primi, ſcilicet $p = hx - 1$; $q = gy - 1$ & $r = xy - 1$. Deinde opus eſt, ut ſit $\text{ſ}apq = ghxy\text{ſ}a = a(hx-1)(gy-1) + af(xy-1) = a((gh+f)xy - hx - gy + 1 - f)$; ſeu $2bghxy - cghxy = b(gh+f)xy - bhx - bgy + b(1-f)$ vel $(bf - bgh + cgh)xy - bhx - bgy = b(f-1)$.

Ponamus brevitatis gratia $bf - bgh + cgh = e$ erit $eexy - ebhx - ebgy = eb(f-1)$ ſive:

$$(ex - bg)(ey - bh) = bbgh + be(f-1)$$

Numerus ergo $bbgh + be(f-1)$ in duos ejuſmodi factores, qui ſint P & Q reſolvi debet, ut fiant

$$x = \frac{P + bg}{e} \quad \& \quad y = \frac{Q + bh}{e}$$ numeri integri, tum vero

$hx - 1$, $gy - 1$ & $xy - 1$ numeri primi. Quæ conditio, quoties impleri poterit, erunt numeri amicabiles $\begin{matrix} a(hx-1)(gy-1) \\ af(xy-1) \end{matrix}$

Notandum eſt, neque ullum horum numerorum primorum $hx - 1$, $gy - 1$, $xy - 1$, neque ullum factorem ipſius f diviſorem eſſe debere ipſius a: nec non f & $xy - 1$ eſſe debere numeros primos inter ſe.

Coroll. 1.

§. LXXIV. Si f ſit numerus primus, uti ſecunda forma numerorum amicabilium poſtulat; erit $f+1=gh$, & propterea $f=gh-1$. Hoc ergo caſu erit $e=cgh-b$ & $PQ=bbgh+be(gh-2)$ ſeu $PQ=bcgghh-2bcgh+2bb$. Unde quæri debent numeri x & y ſupra memoratis proprietatibus prædititi, ut ſit $x=\frac{P+bg}{e}$ & $y=\frac{Q+bh}{e}$,

Coroll. 2.

§. LXXV. His igitur formulis ita uti conveniet, ut pro a ſucceſſive alii atque alii valores ex iis, quos ſupra expoſui ſubſtituantur, atque pro ſingulis litteræ f varii numeri tam primi quam compoſiti ſubſtituantur, qui quidem ad numeros amicabiles inveniendos idonei videantur.

Caſus. 1.

§. LXXVI. Sit $a=4$, (ex valore enim $a=2$ nullos obtineri numeros amicabiles obſervavi) eritque $b=4$ & $c=1$. Tum poſitis numeris amicabilibus $4pq$ & $4fr$, ſit $f=gh$, & $e=4f-3gh$. Deinde per reſolutionem quærantur factores P & Q ut ſit:

$$PQ=16gh+4e(f-1)$$

Hincque eruantur numeri integri x & y, ut ſit

$$x=\frac{P+4g}{e} \quad \& \; y=\frac{Q+4h}{e}$$

& ex his deriventur valores litterarum $p=hx-1$, $q=gy-1$ & $r=xy-1$, qui ſi fuerint numeri primi, erunt $4pq$ & $4fr$ numeri amicabiles.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum. 1.

§. LXXVII. Sit $f = 3$, erit $ff = gh = 4$; hincque $e = 12 - 12 = 0$, unde patet ex hac hypotheſi nihil obtineri.

Exempl. 2.

§. LXXVIII. Sit $f = 5$, erit $ff = gh = 6$; $e = 20 - 18 = 2$, atque $PQ = 16.\,6 + 8.\,4 = 128$. Jam ex $gh = 6$ ponatur primo $g = 2$, & $h = 3$, fietque.

$$x = \frac{P+8}{2} \quad \& \quad y = \frac{Q+12}{2}$$

Quare ſequentes habebuntur reſolutiones:

$P =$	2	4	8	16	32	64
$Q =$	64	32	16	8	4	2
$x =$	5	6	8	12	20	36
$y =$	38	22	14	10	8	7
$p = 3x - 1 =$	19*	17	23	35*	59	107
$q = 2y - 1 =$	--	43	27*	19	15*	13
$r = xy - 1 =$	--	131	111*	119*	159	251

Hinc ergo prodeunt numeri amicabiles.

$\left\{\begin{matrix} 4.\,17.\,43 \\ 4.\,5.\,131 \end{matrix}\right)$ & $\left\{\begin{matrix} 4.\,13.\,107 \\ 4.\,5.\,251 \end{matrix}\right)$

Ponatur ſecundo $g = 1$, $h = 6$, fietque:

$$x = \frac{P+4}{2} \quad \& \quad y = \frac{Q+24}{2}$$

$P =$	2	4	8	16	32	64
$Q =$	64	32	16	8	4	2
$x =$	3	4	6	10	18	34
$y =$	44	28	20	16	14	13
$p = 6x - 1 =$	17*	23	35*	59	107	203*
$q = 1y - 1 =$	43	27*	19	15*	13	12*
$r = xy - 1 =$	131	111*	119*	159	251	441*

Iidem ergo prodeunt bini numeri amicabiles qui ante.

Sunt

Digitized by Google

Sunt ergo hinc numeri amicabiles:

$$\begin{Bmatrix} 4\cdot 17\cdot 43 \\ 4\cdot 5\cdot 131 \end{Bmatrix} \quad \& \quad \begin{Bmatrix} 4\cdot 13\cdot 107 \\ 4\cdot 5\cdot 251 \end{Bmatrix}$$

Exempl. 3.

§. LXXIX. Sit $f = 7$, erit $ff = gh = 8$; $e = 28 + 24 = 4$. & $PQ = 16.8 + 16.6 = 224$.

Sit ergo primo $g = 2$, $h = 4$ erit

$$x = \frac{P+8}{4};\ y = \frac{Q+16}{4};\ p = 4x - 1;\ q = 2y - 1;$$
$$r = xy - 1.$$

P	4	8	28	56
Q	56	28	8	4
x	3	4	9	16
y	18	11	6	5
$4x-1$	11	15*	35*	63*
$2y-1$	35*	21*	11	9*
$xy-1$	53	42	53	79

Sit ſecundo $g = 1$, $h = 8$; erit $x = \frac{P+4}{4}$; $y = \frac{Q+32}{4}$ & $p = 8x - 1$; $q = y - 1$; $r = xy - 1$.

P	4	8	28	56
Q	56	28	8	4
x	2	3	8	15
y	22	15	10	9
$8x-1$	15*	23	63*	119*
$y-1$	21	14	9	8
$xy-1$	43	44*	79	134*

Hinc ergo nulli prodeunt numeri amicabiles.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum. 4.

§. LXXX. Sit $f = 11$, erit $gh = 12$, $e = 8$. $PQ = 16.$ $12 + 32.\ 10 = 512$, vel erit $(8x - 4g)(8y - 4h) = 512$, quæ æquatio deprimitur ad $(2x - g)(2y - h) = 32$, qua reſoluta erit $p = hx - 1$; $q = gy - 1$, & $r = xy - 1$. Sive autem hic ponatur $g = 1$, $h = 12$; ſive $g = 2$, $h = 6$; ſive $g = 3$, $h = 4$, nulli prodeunt numeri primi pro p, q & r.

Exemplum. 5.

§. LXXXI. Sit $f = 13$, erit $gh = 14$; $e = 10$; $PQ = 224 + 40.\ 12 = 704$, & $(10x - 4g)(10y - 4h) = 704$, quæ deprimitur ad $(5x - 2g)(5y - 2h) = 176$. Hinc autem nulli alii numeri amicabiles obtinentur niſi $\begin{Bmatrix} 4.\ 5.\ 251 \\ 4.\ 13.\ 107 \end{Bmatrix}$, qui jam ante (§. 78.) ſunt inventi. Simul vero jam patet, etiamſi pro f majores numeri primi ſtatuantur, nullos novos numeros amicabiles prodire, quoniam vel p vel q ſortietur valorem minorem, qui pro f aſſumi potuiſſet.

Exempl. 6.

§. LXXXII. Sit $f = 5.\ 13$, erit $gh = 6.\ 14 = 84$; $e = 8$; $PQ = 16.\ 84 + 32.\ 64 = 64.\ 53$ & $(8x - 4g)(8y - 4h) = 64.\ 53$ ſeu $(2x - g)(2y - h) = 4.\ 53$. Hincque invenietur in numeris primis: $p = 43$; $q = 2267$, & $r = 1187$; unde erunt numeri amicabiles $\begin{Bmatrix} 4.\ 43.\ 2267 \\ 4.\ 5.\ 13.\ 1187 \end{Bmatrix}$

Caſus. II.

§. LXXXIII. Sit $a = 2^3 = 8$, erit $b = 8$, $c = 1$, tum poſi-

poſitis numeris amicabilibus $8pq$ & $8fr$, & $ff = gh$ erit $e = 8f - 7gh$, atque

$$(ex - 8g)(ey - 8h) = 64gh + 8e(f - 1)$$

unde caſus ſunt dignoſcendi, quibus ſiunt numeri primi

$$p = hx - 1;\ q = gh - 1,\ \&\ r = xy - 1$$

Exemplum. 1.

§. LXXXIV. Sit $f = 11$ erit $gh = 12$, $e = 4$, atque
$(4x - 8g)(4y - 8h) = 64.\ 12 + 32.\ 10 = 64.\ 17$ ſeu
$(x - 2g)(y - 2h) = 4.\ 17 = 68$.
Hinc autem nulli numeri amicabiles reperiuntur.

Exempl. 2.

§. LXXXV. Sit $f = 13$, erit $gh = 14$; $e = 6$ atque
$(6x - 8g)(6y - 8h) = 64.14 + 48.\ 12 = 64.23$ ſeu
$(3x - 4g)(hy - 4h) = 16.\ 23$, verum etiam hæc hypotheſis eſt inutilis.

Exempl. 3.

§. LXXXVI. Sit $f = 17$, erit $gh = 18$; $e = 10$, atque
$(10x - 8g)(10y - 8h) = 64.17 + 40.\ 16 = 64.38$ ſeu
$(5x - 4g)(5y - 4h) = 32.\ 19$, hincque prodeunt numeri amicabiles. $\left\{\begin{matrix} 8.\ 23.\ 59 \\ 8.\ 17.\ 79 \end{matrix}\right)$

Exempl. 4.

§. LXXXVII. Magis foecunda eſt hypotheſis $f = 11.\ 23$ minor enim valor pro f in compoſitis ſubſtitui nequit, erit $gh = 12.\ 24$, $e = 8$ unde

(8x

$$(8x - 8g)(8y - 8h) = 64 \cdot 12 \cdot 24 + 64 \cdot 252$$

ſeu $(x - g)(y - h) = 540$. Hinc autem reperiuntur ſequentes numeri amicabiles.

$$\left\{ \begin{array}{l} 8.383.1907 \\ 8.11.23.2543 \end{array} \right) \quad \left\{ \begin{array}{l} 8.467.1151 \\ 8.11.23.1871 \end{array} \right) \quad \left\{ \begin{array}{l} 8.647.719 \\ 8.11.23.1619 \end{array} \right)$$

Hujusmodi numeris compoſitis pro f ponendis multi inſuper alii inveniuntur numeri amicabiles.

Scholion.

§. LXXXVIII. Ingens combinationum numerus, qui in hoc exemplo locum habet, anſam mihi præbuit ſolutionem in aliam formam redigendi commodiorem. Scilicet cum ſit; $e = bf - (b - c)gh$;

$$PQ = bbgh + bc(f - 1) = (ex - bg)(ey - bh)$$

ex formulis $x = \frac{P + bg}{e}$ & $y = \frac{Q + bh}{e}$ eliciuntur valores

$$p = \frac{hP + bgh}{e} - 1; \; q = \frac{gQ + bgh}{e} - 1; \; r = \frac{PQ + b(hP + gQ) + bbgh}{ee} - 1$$

Sit ergo ob $gh = ff$;

$$e = bf - (b - c)ff; \; L = bbff + bc(f - 1)$$

& $MN = Lff$ erit

$$p = \frac{M + bff}{e} - 1; \; q = \frac{N + bff}{e} - 1; \; r = \frac{L + b(M + N) + bbff}{ee} - 1$$

& nunc quæſtio eo reducitur, ut numerus Lff reſolvatur in duos factores M & N, quorum uterque quantitate bff auctus fiat diviſibilis

ſibilis per e, & ut quoti hinc reſultantes unitate minuti ſint numeri primi. Denique oportet ut ſit $r + 1 = \frac{(p+1)(q+1)}{ff}$ & r numerus primus. Hunc ergo calculum in nonnullis caſibus illuſtrabo.

Caſus. III.

§. LXXXIX. Sit $a = 2^4 = 16$; erit $b = 16$; $c = 1$; atque

$$e = 16f - 15ff;\; L = 256ff + 16e(f-1)$$
$$\& \; MN = Lff.$$

Numeri igitur primi eſſe debent:

$$p = \frac{M + 16ff}{e} - 1;\; q = \frac{N + 16ff}{e} - 1;\; r = \frac{L + 256ff + 16(M+N)}{ee} - 1,$$

quibus inventis erunt numeri amicabiles;

$16pq$ & $16fr$.

Exempl. I.

§. LXXXX. Sit $f = 17$ erit $ff = 18$; $e = 2$; $L = 1024.5$ & $MN = 1024.5.18 = 2^{11}.3^2.5$

$$p = \frac{M + 288}{2} - 1;\; q = \frac{N + 288}{2} - 1;\; r = \frac{512.19 + 16(M+N)}{4} - 1$$

ſeu ſit $M = 2m$; $N = 2n$ ut ſit

$mn = 2^9.3^2.5$ erit

$$p = m + 143;\; q = n + 143;\; \& \; r = 8(m+n) + 2431$$

qui tres numeri debent eſſe primi, ut numeri amicabiles ſint $16pq$ & $16.17.r$.

Hoc

Hoc autem ſuccedit duobus modis, primo ſi $m = 24$, $n = 960$ & ſecundo ſi $m = 96$ & $n = 240$; unde numeri amicabiles prodeunt:

$$\left\{\begin{matrix} 16.167.1103 \\ 16.17.10303 \end{matrix}\right) \quad \left\{\begin{matrix} 16.383.239 \\ 16.17.5119 \end{matrix}\right)$$

Exempl. 2.

§. LXXXXI. Sit $f = 19$, erit $\int f = 20$, $e = 4$; $L = 128.49$ & $MN = 512.5.49 = 2^9.5.7^2$. Ergo

$$p = \frac{M+320}{4} - 1; \quad q = \frac{N+320}{4} - 1; \quad r = \frac{128.59+16(N+N)}{16} - 1$$

ſeu ſit $M = 4m$ & $N = 4n$ ut ſit

$mn = 32.5.49 = 2^5.5.7^2$ erit

$p = m+79$; $q = n+79$ & $r = 4(m+n)+711$.

Hinc ſi $m = 70$, $n = 112$ prodeunt numeri amicabiles

$$\left\{\begin{matrix} 16.149.191 \\ 16.19.1439 \end{matrix}\right)$$

Exempl. 3.

§. LXXXXII. Sit $f = 23$ erit $\int f = 24$; $e = 8$, $L = 256.5.7$ & $MN = 2048.3.5.7 = 2^{11}.3.5.7$

$$p = \frac{M+16.24}{8} - 1; \quad q = \frac{N+16.24}{8} - 1;$$

$$r = \frac{256.59+16(M+N)}{64} - 1$$

ſeu ſit $M = 8m$; $N = 8n$; & $mn = 2^5.3.5.7$ erit

$p = m+47$; $q = n+47$; & $r = 2(m+n)+235$

Hinc tres caſus oriuntur; $\left\{\begin{matrix} m = 56; \\ n = 60; \end{matrix}\right.$ $\left\{\begin{matrix} m = 42; \\ n = 80; \end{matrix}\right.$ $\left\{\begin{matrix} m = 6 \\ n = 560 \end{matrix}\right.$

Digitized by Google

& numeri amicabiles ſunt:

$$\begin{cases} 16.103.107 \\ 16.23.467 \end{cases} \quad \begin{cases} 16.89.127 \\ 16.23.479 \end{cases} \quad \begin{cases} 16.53.607 \\ 16.23.1367 \end{cases}$$

Exemplum. 4.

§. LXXXIII. Sit $f = 31$; erit $\int f = 32$; $L = 512.31$ & $MN = 2^{14}.31$; $p = \frac{M + 16.32}{16} - 1$; $q = \frac{N + 16.32}{16} - 1$;

$$r = \frac{16(M+N) + 512.47}{256} + 1$$

Sit ergo $M = 16m$; $N = 16n$ ut ſit $mn = 2^6.31$ erit

$$p = m + 31;\ q = n + 31;\ r = m + n + 93$$

Hinc autem nulli prodeunt numeri amicabiles.

Exempl. 5.

§. LXXXIV. Sit $f = 47$, $\int f = 48$ erit $e = 32$ & $L = 1024.5.7$ & $MN = 2^{14}.3.5.7$ unde

$$p = \frac{M + 16.48}{32} - 1;\ q = \frac{N + 16.48}{32} - 1;\ \&$$

$$r = \frac{16(M+N) + 1024.47}{1024} - 1$$

Sit $M = 32m$ & $N = 32n$; ut ſit $mn = 2^4.3.5.7$ erit $p = m + 23$; $q = n + 23$; $r = \frac{1}{2}(m+n) + 46$. Ergo $m+n$ debet eſſe numerus impariter par, ut $\frac{1}{2}(m+n)$ fiat impar, quod evenit ſi vel m vel n ſit impariter par. Sit

$m = 30$; $n = 56$ erunt N. Amic. $\begin{cases} 16.53.79 \\ 16.47.89 \end{cases}$

Exem-

Exempl. 6.

§. XCIV. Sit $f = 17.137$, erit $ff = 18.138 = 4.27.23 = 2484$; $e = 4$; $L = 256.2484 + 64.2328 = 512.3.7.73$ &
$MN = 2048.81.7.23.73$

$$p = \frac{M + 16.2484}{4} - 1; \quad q = \frac{N + 16.2484}{4} - 1;$$

$$r = \frac{512.2775 + 16(M+N)}{16} - 1$$

Sit $M = 4m$; $N = 4n$ erit $mn = 128.81.7.23.73$ &
$p = m + 9935$; $q = n + 9935$ & $r = 4(m+n) + 88799$

Sed hic ſemper prodit valor ipſius r major quam 100000, ita ut difficile ſit diſcernere, utrum ſit primus nec ne.

Exempl. 7.

§. XCV. Sit $f = 17.151$ erit $ff = 18.152 = 16.9.19 = 2736$, $e = 32$; & $L = 1024.1967 = 1084.7.281$. atque
$MN = 2^{14}.9.7.19.281$.
Sit $M = 32m$; $N = 32n$ erit $mn = 16.9.7.19.281$ &
$p = m + 1367$; $q = n + 1367$; $r = \frac{1}{2}(m+n) + 2650$
Sit $m = 2\mu$, $n = 8\nu$, erit $\mu\nu = 9.7.19.281$ &.
$p = 2\mu + 1367$; $q = 8\nu + 1367$; $r = \mu + 4\nu + 2650$.

Hinc primum patet neque μ neque ν eſſe poſſe numerum formæ $3\alpha + 2$; tum μ non poſſe deſinere in 9 nec ν in 1; quibus obſervatis ſequentes tantum reſolutiones locum habent.

	*		*		*	*	
μ	3.281	7.19	21.281	21	63.281	3	1
ν	21.19	9.281	57	57.281	19	399.281	1197.281

quo-

Digitized by Google

quorum ii, qui aſteriſcis ſunt notati, excluduntur ideo, ne p, q, vel r fiat per 7 diviſibile. Quarta reſolutio dabit hos numeros amicabiles $\left\{ \begin{array}{l} 16.\ 1409.\ 129503 \\ 16.\ 17.\ 151.\ 66739 \end{array} \right)$, ſi modo hic numerus 129503 eſt primus.

Exemplum. 8.

§. XCVI. Sit $f = 17.\ 167$, erit $ff = 18.\ 168 = 16.\ 27.\ 7 = 3024$, $e = 64$: $L = 2048.\ 1797 = 2048.\ 3.\ 599$ &

$MN = 2^{15}.\ 3^4.\ 7.\ 599$

ſit $M = 64\,m$; $N = 64\,n$, erit $mn = 2^3.\ 3^4.\ 7.\ 599$ &

$$p = m + 755;\ q = n + 755;\ r = \tfrac{1}{4}(m+n) + \frac{2173}{2}$$

ſit $m = 2\mu$; $n = 4\nu$, erit $\mu\nu = 3^4.\ 7.\ 599$ &

$$p = 2\mu + 755;\ q = 4\nu + 755;\ r = \nu + \frac{\mu+1}{2} + 1086$$

Ubi patet eſſe oportere $\mu = 4\alpha - 1$, ne r fiat numerus par: nec $\mu = 3\alpha + 2$, nec $\nu = 3\alpha + 1$. Hinc prodeunt numeri amicabiles $\left\{ \begin{array}{l} 16.\ 809.\ 51071 \\ 16.\ 17.\ 167.\ 13679 \end{array} \right)$

Caſus. IV.

§. XCVII. Sit vel $a = 3^3.\ 5$ vel $a = 3^2.\ 7.\ 13$, ut ſit $b = 9$, $c = 2$ erit $e = 9f - 7ff$: $L = 81.\ ff + 9e(f-1)$ & $MN = Lff$ erit

$$p = \frac{M + 9ff}{e} - 1;\ q = \frac{N + 9ff}{e} - 1;$$

$$r = \frac{9(M+N) + L + 81ff}{ee} - 1$$

qui

qui numeri p, q, r ſi fuerint primi erunt numeri amicabiles.

$$\left\{ \begin{matrix} apq \\ afr \end{matrix} \right]$$

Exemplum.

§. XCVIII. Sit $f = 7$; $ſf = 8$, erit $e = 7$, $L = 2.27.19$; $MN = 16.27.19$, erit $p = \frac{M+72}{7} - 1$; $q = \frac{N+72}{7} - 1$;

$$r = \frac{9(M+N)+2.27.31}{49} - 1$$

Unde poſito $M = 54$, $N = 152$ oriuntur numeri amicabiles

$$\begin{matrix} a.\ 17.\ 31 \\ a.\ 7.\ \ 71 \end{matrix} \quad \text{ſeu} \quad \left\{ \begin{matrix} 3^3.5.\ 17.\ 31 \\ 3^3.5.\ 7.\ \ 71 \end{matrix} \right)$$

Problema. 4.

§. XCIX. *Invenire numeros amicabiles hujus formæ:* agpq, & ahr, *ubi* p, q, r *ſint numeri primi, at* g & h *ſive primi ſive compoſiti dati, una cum factore communi* a.

Solutio.

Ex factore communi a quæratur in minimis terminis fractis $\frac{b}{c} = \frac{a}{2a - ſa}$; deinde ſit $\frac{ſg}{ſh} = \frac{m}{n}$; & ex prima proprietate numerorum amicabilium erit $(p+1)(q+1)ſg = (r+1)ſh$ ſeu $r+1 = \frac{m}{n}(p+1)(q+1)$. Altera vero proprietas præbet: $(r+1)ſa.ſh = a(gpq+hr)$, vel ob $\frac{ſa}{a} = \frac{2b-c}{b}$ erit $(r+1)(2b-c)ſh = b(gpq+hr)$ & pro r ſubſtituto valore

$m(2b-c)(p+1)(q+1)ſh = b(ngpq + mh(p+1)(q+1) - nh).$
Sit brevitatis gratia $p+1 = x$; $q+1 = y$ erit:

$m(2b-c)xyſh = b(mhxy + ngxy - ngx - ngy + ag - nh)$ vel

$$\left.\begin{array}{l} mbh \\ nbg \\ -2mbſh \\ +mcſh \end{array}\right\} xy - nbgx - nbgy = nb(h-g)$$

Ponatur brevitatis gratia $e = b(mh+ng) - (2b-c)mſh$
eritque $eexy - nbgex - nbgey + nnbbgg = nnbbgg + nb(h-g)e$
ſeu $(ex - nbg)(ey - nbg) = nnbbgg + nb(h-g)e$

Ponatur ergo $nnbbgg + nb(h-g)e = MN$ fietque

$$x = \frac{M+nbg}{e} \;\&\; y = \frac{N+nbg}{e} \quad \text{ſeu}$$

$$p = \frac{M+nbg}{e} - 1, \;\&\; q = \frac{N+nbg}{e} - 1; \;\&\; r = \frac{m}{n}xy - 1$$

Qui tres numeri p, q, & r ſi fuerint primi, erunt numeri amicabiles $agpq$ & ahr, dummodo utriusque factores ſint primi inter ſe.

Coroll.

§. C. Si ſint g & h numeri primi: erit $\frac{m}{n} = \frac{g+1}{h+1}$; ſit ergo $g = km - 1$ & $h = kn - 1$; erit $ſh = kn$, unde fiet
$e = b(2kmn - m - n) - (2b-c)kmn = ckmn - b(m+n)$
$MN = nb(nb(km-1)^2 + k(n-m)e) = (ex - bn(km-1))$ $(ey - bn(km-1))$ & $p = x - 1$; $q = y - 1$ atque $r = \frac{m}{n}$ $xy - 1$;

Ca-

Caſus. I.

§. CI. Sit $m = 1$; $n = 3$; ergo $g = k - 1$; $h = 3k - 1$; eritque $e = 3ck - 4b$; & $MN = 3b(3b(k-1)^2 + 2ke)$ ideoque

$$x = \frac{M + 3b(k-1)}{e}; \quad y = \frac{N + 3b(k-1)}{e}$$

ac denique $p = x - 1$; $q = y - 1$; & $r = \frac{1}{3}xy - 1$.

Exempl. I.

§. CII. Sit $a = 4$; $b = 4$; $c = 1$; erit $e = 3k - 16$; & $MN = 12(12(k-1)^2 + 2ke)$ & $x = \frac{M + 12(k-1)}{e}$ & $y = \frac{N + 12(k-1)}{e}$. Hic poni poteſt

I. $k = 6$, fietque $g = 5$, $h = 17$, & $e = 2$, ſed hinc nihil efficitur

II. $k = 8$, fietque $g = 7$, $h = 23$; & $e = 8$, $MN = 12(12.49 + 128)$ ſeu $MN = 16.3.179 = (8x - 84)(8y - 84)$ ideoque $3.179 = (2x - 21)(2y - 21$ unde nihil pariter ſequitur:

Exempl. 2.

§. CIII. Sit $a = 8$; $b = 8$, $c = 1$; erit $e = 3k - 32$; $MN = 24(24(k-1)^2 + 2ke)$ ſeu $MN = 48(15kk - 56k + 12) = (ex - 24(k-1))(ex - 24(k-1))$

Verum ne hinc quoque quicquam concludere licet.

Caſus. II.

§. CIV. Sit $m = 3$; $n = 1$, erit $e = 3ck - 4b$; & $g = 3k - 1$; $h = k - 1$

$MN = b(b(3k-1)^2 - 2ke) = (ex - b(3k-1))(ey - b(3k-1))$

atque $p = x - 1$; $q = y - 1$, & $r = 3xy - 1$.

 Exem-

Exemplum. 1.

§. CV. Sit $a = 10$, $b = 5$, $c = 1$, erit $e = 3k - 20$, &
$$5(5(3k-1)^2 - 2ke) = (ex - 5(3k-1))(ey - 5(3k-1)).$$
Si hic ponatur $k = 8$, fiet $5 . 29 . 89 = (4x - 115)(4y - 115)$.

Unde prodit $x = 30$, $y = 674$, $3xy = 60660$, & numeri amicabiles erunt;

$$\begin{Bmatrix} 10 . 23 . 29 . 673 \\ 10 . 7 . 60659 \end{Bmatrix}$$

Exempl. 2.

§. CVI. Sit $a = 3^3 . 5$, $b = 9$, $c = 2$, erit $e = 6k - 36$; &
$$(9(3k-1)^2 - 3ke) = (\tfrac{1}{3}ex - 3(3k-1))(\tfrac{1}{3}ey - 3(3k-1))$$
Jam fiat $k = 8$, erit $e = 12$; & $3 . 1523 = (4x - 69)(4y - 69)$ hincque oritur $x = 18$, $y = 398$, $3xy = 21492$ eruntque numeri primi; $g = 23$; $h = 7$; $p = 17$; $q = 397$; $r = 21491$ & numeri amicabiles:

$$\begin{Bmatrix} 3^3 . 5 . 23 . 17 . 397 \\ 3^3 . 5 . 7 . 21491 \end{Bmatrix}$$

Scholion.

§. CVII. Ex his exemplis uſus hujus problematis in inveniendis numeris amicabilibus ſatis luculenter perſpicitur; ſed ob ipſam nimiam fingendi libertatem non parum moleſtum eſt ſecundum præcepta hic tradita omnes caſus percurrere. Cum igitur ſufficiat hanc methodum tradidiſſe, ejusque uſum monſtraſſe, ei prolixius non immoror, ſed ad ultimam methodum, cujus ope numeros amicabiles eruere liceat, qua quidem ſum uſus, exponendam progredior. Nititur ea autem ſingularibus proprietatibus, quibus numeri ratione ſummæ diviſorum gaudent, quas oblata occaſione explicabo, ne plurium lemmatum præmiſſio tædium creet.

Iis

Digitized by Google

Iis autem expoſitis non difficile erit plura alia problemata ad hoc genus pertinentia reſolvere.

Problema 5.

§. CVIII. *Invenire numeros amicabiles hujus formæ:* zap & zbq, *ubi factores* a & b *ſint dati,* p & q *numeri primi, & factor communis* z *inveſtigari debeat.*

Solutio.

Sit $\int a : \int b = m : n$: & cum eſſe debeat $\int a . (p + 1) = \int b . (q + 1)$, erit $m(p + 1) = n(q + 1)$ Ponatur $p + 1 = nx$ & $q + 1 = mx$, eruntque numeri amicabiles $za(nx - 1)$ & $zb(mx - 1)$. Ubi quidem requiritur ut $mx - 1$ & $nx - 1$ ſint numeri primi. Cum jam utriusque numeri eadem ſit ſumma diviſorum $= nx\int a . \int z = mx\int b . \int z$ oportet ut ea ſit æqualis ſummæ numerorum $z((na + mb)x - a - b)$. Unde obtinetur iſta æquatio $\frac{z}{\int z} = \frac{nx\int a}{(na + mb)x - a - b}$. Quo jam ex hac æquatione valor ipſius z elici queat, fractio $\frac{nx\int a}{(na + mb)x - a - b}$ ad minimos terminos reducatur, quæ ſit $= \frac{r}{s}$, ita ut habeatur $\frac{z}{\int z} = \frac{r}{s}$: hincque ſequentia ſunt notanda. Primo eſſe z vel ipſi r æquale, vel ejus multiplo cuipiam puta kr. Priori caſu ſi $z = r$ erit $\int z = s$ ac propterea $s = \int r$. Poſteriori caſu, ſi $z = kr$ erit $\int z = ks = \int kr$: Verum quicquid ſit k, erit $\frac{\int kr}{\int r} > k$, nam $\int kr$ continet omnes diviſores ipſius r ſingulos per k multiplicatos, & inſuper eos diviſores ipſius r, qui non ſunt per k diviſibiles; eritque ergo $\int kr > k\int r$.

Digitized by Google

$k\int r$. Cum igitur ſit $\int z > k\int r$, erit quoque $ks > k\int r$ ſeu $s > \int r$. Quare ſi in fractione $\frac{r}{s}$ fuerit $s = \int r$, erit $z = r$; ſin autem ſit $s > \int r$ erit z æquale multiplo cuipiam ipſius r. Unde patet ſi ſit $s < \int r$ æquationem $\frac{z}{\int z} = \frac{r}{s}$ eſſe impoſſibilem, neque hoc caſu numeros amicabiles inveniri poſſe. Deinde cum ſit $\frac{\int z}{z} = \frac{na+mb}{n\int a} - \frac{a-b}{nx\int a} = \frac{a}{\int a} + \frac{b}{\int b} - \frac{a-b}{nx\int a}$; ob $\frac{a}{\int a} < 1$ & $\frac{b}{\int b} < 1$ erit $\frac{\int z}{z} < 2 - \frac{a-b}{nx\int a}$, ideoque multo magis $\frac{z}{\int z} > \frac{1}{2}$ ita ut z ſit ſemper numerus deficiens. Hincque patet æquationem $\frac{z}{\int z} = \frac{r}{s}$ ſemper ita fore comparatam, ut ſit $\frac{r}{s} > \frac{1}{2}$ ſeu $s < 2r$. Unde ſi ſit $\int r = s$, erit $\int r < 2r$, &, ſi $s > \int r$ erit multo magis $\int r < 2r$. Utroque igitur caſu r erit numerus deficiens. Quocirca ſi x tanquam numerus incognitus ſpectetur, propoſita æquatione $\frac{z}{\int z} = \frac{nx\int a}{(na+mb)x - a - b}$, valorem ipſius x ita determinari oportet; ut reducta fractione $\frac{nx\int a}{(na+mb)x - a - b}$, ad minimos terminos $\frac{r}{s}$, fiat r numerus deficiens, & ut ſit vel $s = \int r$ vel $s > \int r$. Quibus conditionibus animadverſis, tam r quam s in ſuos factores ſimplices primos reſolvatur, ut prodeat hujusmodi æquatio $\frac{z}{\int z} = \frac{A^{\alpha} B^{\beta} C^{\gamma}}{E^{\epsilon} F^{\zeta} G^{\eta}}$, tunc autem ſucceſſive vel

Digitized by Google

vel A^{α} vel altior poteſtas ipſius A ponatur factor ipſius z, ſeu ponatur $z = P.\, A^{\alpha+\nu}$ erit $\int z = \int A^{\alpha+\nu} \int P$ & $\frac{z}{\int z} = \frac{P\, A^{\alpha+\nu}}{\int A^{\alpha+\nu} \,.\, \int P}$,

ideoque $\frac{P}{\int P} = \frac{B^{\zeta}\, C^{\gamma} \int A^{\alpha+\nu}}{A^{\nu}\, E^{\iota}\, F^{\xi}\, G^{\eta}}$. Similique modo ponatur ulterius $P = B^{\zeta+\mu}\, Q$, & hoc pacto procedatur, donec tandem perveniatur ad æquationem hujus formæ $\frac{Z}{\int Z} = \frac{u}{\int u}$, ex qua habeatur $Z = u$. Sæpe quidem hæc operatio ſucceſſu optato caret, ſed pro quovis caſu oblato facilius erit operationem hanc per exempla docere, quam per præcepta.

Exemplum. I.

§. CIX. Sit $a = 3$; $b = 1$ erit $\int a = 4$; $\int b = 1$; & $m = 4$; $n = 1$ ac numeri amicabiles erunt: $3(x-1)z$ & $(4x-1)z$, ſi ſint $x-1$ & $3x-1$ numeri primi & $\frac{z}{\int z} = \frac{4x}{7x-4}$. Hic autem primo patet, ſi 4 ex numeratore non tollatur, fore $7x-4 < \int 4x$ ob $\int 4x = 7\int x$. Ergo neceſſe eſt ut ſit $7x-4$ numerus par. Ponatur $x = 4p$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{4p}{7p-1}$. Nunc fiat $7p-1$ numerus par, ponendo $p = 2q+1$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{2(2q+1)}{7q+3}$; & $x = 8q+4$; atque $x-1 = 8q+3$; $4x-1 = 32q+15$.

Unde

Digitized by Google

Unde q nequit eſſe multiplum ternarii, ne $x - 1$ fiat per 3 diviſibile. Erit ergo vel $q = 3r + 1$, vel $q = 3r - 1$, priori caſu fit $2q + 1 = 6r + 3$, ac z deberet eſſe diviſibile per 3, quod pariter fieri nequit, quia in altero numero quæſito $3(x - 1)z$ jam ineſt factor 3. Sit igitur $q = 3r - 1$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{2(6r - 1)}{21r - 4}$ atque $x = 24r - 4$; $x - 1 = 24r - 5$; & $4x - 1 = 96r - 17$. Cum autem z factorem 4 habere nequeat, niſi binarius ex numeratore $2(6r - 1)$ tollatur, z erit diviſibile per 2, & poſito $z = 2y$ fierit $\frac{2y}{3\int y} = \frac{2(6r - 1)}{21r - 4}$, & $\frac{y}{\int y} = \frac{3(6r - 1)}{21r - 4}$: ideoque evaderet y & propterea quoque z per 3 divibile quod fieri nequit. Hanc obrem iſte binarius ex numeratore tolli debet, ponendo $r = 2s$; ut ſit $x - 1 = 48s - 5$; $4x - 1 = 192s - 17$ eritque $\frac{z}{\int z} = \frac{12s - 1}{21s - 2}$. Jam ſi s ſit numerus impar ob z numerum imparem, fiet quoque $\int z = k(21s - 2)$ numerus impar, ex quo ſequitur, numerum z fore quadratum: ſin autem s ſit numerus par, factor communis z non erit quadratus. Evolvantur ergo ii ipſius s valores, qui efficiunt $x - 1 = 48s - 5$ & $4x - 1 = 192s - 17$ numeros primos; & diſpiciatur utrum æquationi $\frac{z}{\int z} = \frac{12s - 1}{21s - 2}$ ſatisfieri queat. Sit $s = 7$; erit $x - 1 = 331$, $4x - 1 = 1327$ & $\frac{z}{\int z} = \frac{83}{145}$. Jam cum z debeat eſſe quadratum, ponatur $z = 83^2 A$, erit $\int z = 367 \cdot 19 \int A$ & $\frac{A}{\int A} = \frac{367 \cdot 19}{5 \cdot 29 \cdot 83}$. Nunc autem ipſius A factor ſtatui nequit 19^2, ob $\int 19^2 =$

3·197

§. 127, prodiret enim 3 factor ipſius A, altioribus vero poteſtatibus ſumendis, mox devenitur ad numeros tam grandes, ut facile pateat opus ſuccedere non poſſe.

Si $s = 12$; erit $x - 1 = 571$; $4x - 1 = 2287$ & $\frac{z}{\int z} = \frac{11.13}{2.\ 125}$ quæ neque 11^2 neque 13 pro factoribus ipſius z aſſumendo reſolvi poteſt.

Neque vero etiam ex majoribus valoribus pro s mihi quicquam præſtare licuit.

Exempl. 2.

§. CX. Sit $a = 5$, $b = 1$; erit $\int a = 6$; $\int b = 1$; $m = 6$, $n = 1$ & numeri amicabiles erunt $5(x - 1)z$ & $(6x - 1)z$, habebiturque $\frac{z}{\int z} = \frac{6x}{11x - 6}$. Quæ æquatio ut ſit poſſibilis ex numeratore $6x$ vel binarium, vel ternarium tollere oportet, quia alioquin numerator maneret numerus redundans. Habebimus ergo duos caſus evolvendos.

1. Tollatur ex numeratore ternarius ponendo $x = 3p$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{6p}{11p - 2}$, nunc vero porro ponatur $p = 3q + 1$, eritque $\frac{z}{\int z} = \frac{2(3q + 1)}{11q + 3}$ & ob $x = 9q + 3$ numeri primi eſſe debeat $x - 1 = 9q + 2$, & $6x - 1 = 54q + 17$, ubi patet q eſſe debere numerum imparem. Sit ergo $q = 2r - 1$: erit $x - 1 = 18r - 7$; $6x - 1 = 108r - 37$

$$\& \quad \frac{z}{\int z} = \frac{2(6r - 2)}{22r - 8} = \frac{2(3r - 1)}{11r - 4}.$$

Evolvantur jam caſus quibus $18r - 7$ & $108r - 37$ ſiunt numeri primi: qui ſunt:

1). $r=1$; erit $x-1=11$; $6x-1=71$; & $\frac{z}{\int z}=\frac{2.2.}{4}=\frac{4}{7}$

Cum igitur hic ſit $7=\int 4$, erit $z=4$, & numeri amicabiles erunt $\left\{\begin{array}{l}4.5.11\\4.71\end{array}\right)$, quos quidem jam invenimus:

2). $r=2$; erit $x-1=29$, $6x-1=179$ & $\frac{z}{\int z}=\frac{2.5.}{2.9.}=\frac{5}{9}$. At z factorem 5 habere nequit.

3). $r=5$; erit $x-1=83$, $6x-1=503$ & $\frac{z}{\int a}=\frac{4.7}{3.17}$; at hic $3.17<\int 4.7$.

4). $r=8$; erit $x-1=137$; $6x-1=827$ & $\frac{z}{\int z}=\frac{23}{2.3.7}$;

Ponatur $z=4.23P$, erit $\int z=24\int P$ & $\frac{P}{\int P}=\frac{24}{23}.\ \frac{z}{\int z}=\frac{4}{7}$; unde $P=4$, & $z=4.23$: quam operationem ita breviter repræſento $\frac{z}{\int z}=\frac{23}{2.3.7.}\left|\frac{23}{24}\right|\frac{4}{7}\left|\frac{4}{7}\right|$, unde ſit $z=4.23$ & numeri amicabiles erunt.

$$\left\{\begin{array}{l}4.23.5.137\\4.23.827\end{array}\right)$$

Reliqui valores, quousque quidem examinavi nullos dant numeros amicabiles.

II. Tollatur ex numeratore binarius, ponendo $x=2p$ erit $\frac{z}{\int z}=\frac{6p}{11p-3}$; Nunc ſit $p=2q+1$; erit $\frac{z}{\int z}=\frac{3(2q+1)}{11q+4}$: & numeri primi eſſe debebunt (ob $x=4q+2$); $x-1=4q+1$;

6x-

Digitized by Google

$6x-1=24q+11$: quare eſſe nequit $q=3\alpha-1$. Deinde cum z non eſſe debeat diviſibile per 5, neque $2q+1$, neque $4q+1$, neque $24q+11$ per 5 debet eſſe diviſ: unde excluduntur caſus $q=5\alpha+2$; $q=5\alpha+1$. Rejectis ergo his aliisque valoribus inutilibus ipſius q, qui pro $x-1$ & $6x-1$ non præbent numeros primos, calculus ita ſi habebit

q	$x-1$	$6x-1$	$\frac{z}{\int z}=\frac{3(2q+1)}{11q+4}$
3	13	83	$\frac{3\cdot 7}{37}$ nihil dat
4	17	107	$\frac{3\cdot 9}{48}=\frac{9}{16}\left\vert\frac{9}{13}\right\vert\frac{13}{16}\left\vert\frac{13}{14}\right\vert\frac{7}{8}\left\vert\frac{7}{8}\right\vert$; $z=9\cdot 7\cdot 13$
			vel $\frac{9}{16}\left\vert\frac{27}{40}\right\vert\frac{5}{6}\left\vert\frac{5}{6}\right\vert$ ergo $z=27\cdot 5$. Hic autem valor ob $a=5$ eſt inutilis; erunt ergo numeri amicabiles $\begin{cases} 9\cdot 7\cdot 13\cdot 5\cdot 17 \\ 9\cdot 7\cdot 13\cdot 107 \end{cases}$
9	37	227	$\frac{3\cdot 19}{103}$ nihil dat
10	41	251	$\frac{3\cdot 21}{114}=\frac{3\cdot 7}{2\cdot 19}\left\vert\frac{7^2}{3\cdot 19}\right\vert\frac{3^2}{2\cdot 7}\left\vert\frac{3^2}{13}\right\vert\frac{13}{14}\left\vert\frac{13}{14}\right\vert$
			Ergo $z=3^2\cdot 7^2\cdot 13$ & numeri amicabiles erunt $\begin{cases} 3^2\cdot 7^2\cdot 13\cdot 5\cdot 41 \\ 3^2\cdot 7^2\cdot 13\cdot 251 \end{cases}$

18	73	443	$\frac{3\cdot 37}{202} = \frac{3\cdot 37}{2\cdot 101}$ nihil dat.
24	97	587	$\frac{3\cdot 49}{268} = \frac{3\cdot 49}{4\cdot 67}$ nihil dat.
28	113	683	$\frac{3\cdot 57}{312} = \frac{9\cdot 19}{8\cdot 39} = \frac{3\cdot 19}{8\cdot 13}$ nihil dat
34	137	827	$\frac{3\cdot 69}{378} = \frac{23}{2\cdot 21} = \frac{23}{2\cdot 3\cdot 7}\left\|\frac{23}{24}\right\|\frac{4}{7}\left\|\frac{4}{7}\right\|$; $z = 4\cdot 23$; ut ante
39	157	947	$\frac{3\cdot 79}{433}$ nihil dat.
45	181	1091	$\frac{3\cdot 91}{499} = \frac{3\cdot 7\cdot 13}{499}$
48	193	1163	$\frac{3\cdot 97}{532} = \frac{3\cdot 97}{4\cdot 7\cdot 19} = \frac{3\cdot 97}{4\cdot 133}\left\|\frac{97}{2\cdot 7}\right\|\frac{3\cdot 7}{2\cdot 19}\left\|\frac{7^2}{3\cdot 19}\right\|\frac{3^2}{2\cdot 7}\left\|\frac{3^2}{13}\right\|\frac{13}{14}$ Ergo $z = 3^2\cdot 7^2\cdot 13\cdot 97$. & numeri amicabiles ſunt $\left\{\begin{array}{l} 3^2\cdot 7^2\cdot 13\cdot 97\cdot 5\cdot 193 \\ 3^2\cdot 7^2\cdot 13\cdot 97\cdot 1163 \end{array}\right)$
49	197	1187	$\frac{3\cdot 99}{543} = \frac{9\cdot 11}{181}$
60	241	1451	$\frac{3\cdot 121}{664} = \frac{3\cdot 11^2}{8\cdot 83}$

Digitized by Google

69	277	1667	$\frac{3\cdot 139}{793}$
79	317	1907	$\frac{3\cdot 159}{873} = \frac{53}{97}$
84	337	2027	$\frac{3\cdot 169}{928} = \frac{3\cdot 169}{8\cdot 116} = \frac{3\cdot 169}{32\cdot 29}$
93	373	2243	$\frac{3\cdot 187}{1027} = \frac{3\cdot 11\cdot 17}{13\cdot 79}$
100	401	2411	$\frac{3\cdot 201}{1104} = \frac{3\cdot 67}{368} = \frac{3\cdot 67}{16\cdot 23}$
244	977	5867	$\frac{3\cdot 489}{2688} = \frac{3\cdot 163}{128\cdot 7}$ $\left|\frac{163}{4\cdot 41}\right|$ $\frac{3\cdot 41}{32\cdot 7}$ $\left|\frac{41}{2\cdot 3\cdot 7}\right|$ $\frac{3^2}{16}$
			$\left|\frac{3^2}{13}\right|$ $\frac{13}{16}$ $\left|\frac{13}{14}\right|$ $\frac{7}{8}$

Ergo $z = 3^2\cdot 7\cdot 13\cdot 41\cdot 163$ & numeri amicabiles erunt

$$\begin{cases} 3^2\cdot 7\cdot 13\cdot 41\cdot 163\cdot 5\cdot 977 \\ 3^2\cdot 7\cdot 13\cdot 41\cdot 163\cdot 5867 \end{cases}$$

Hinc ergo bini prodierunt novi numeri amicabiles.

Exempl. 3.

§. CXI. Sit $a = 7$; $b = 1$; erit $\int a = 8$, $\int b = 1$; $m = 8$,

Digitized by Google

$p = 1$ & numeri amicabiles: $7(x-1)z$ & $(8x-1)z$, exiſtente $\frac{z}{\int z} = \frac{8x}{15x-8}$. Ac primo quidem x debet eſſe numerus par: ponatur ergo $x = 2p$; erit $x - 1 = 2p - 1$; $8x - 1 = 16p - 1$ & $\frac{z}{\int z} = \frac{8p}{15p-4}$: quæ æquatio eſt impoſſibilis, niſi poteſtas binarii in numeratore deprimatur, quia $15p - 4 < \int 8p$. Ergo fiat $p = 4q$, ut ſit $x = 8q$; $x - 1 = 8q - 1$; $8x - 1 = 64q - 1$ & $\frac{z}{\int z} = \frac{8q}{15q-1}$. Nunc ſit $q = 2r + 1$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{4(2r+1)}{15r+7}$ & $x - 1 = 16r + 7$; $8x - 1 = 128r + 63$, quorum numerorum ut neuter ſit per 3 diviſibilis, neque erit $r = 3\alpha - 1$, neque $r = 3\alpha$. Sit ergo $r = 3s + 1$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{4(6s+3)}{45s+22}$ ſeu $\frac{z}{\int z} = \frac{4 \cdot 3(2s+1)}{45s+22}$ & $x - 1 = 48s + 23$; $8x - 1 = 384s + 191$

Nunc vel ternarius vel quaternarius ex numeratore tolli debet. At ternarius tolli nequit, quia denominator nunquam per 3 eſt diviſibilis; tollatur ergo quaternarius, ad quod pono $s = 2t$ eritque $\frac{z}{\int z} = \frac{2 \cdot 3(4t+1)}{45t+11}$; nunc ſit $t = 2u - 1$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{3(8u-3)}{45u-17}$: at eſt $s = 4u - 2$, ideoque numeri primi eſſe debent $x - 1 = 192u - 73$; $8x - 1 = 1536u - 577$

1)u

	$x-1$	$8x-1$	$\frac{z}{\int z}$
1) $u=5$	887	7103	$\frac{3.37}{208}=\frac{3.37}{16.13}$ $\left\lvert\frac{37}{2.19}\right\rvert$ $\frac{3.19}{8.13}$ $\left\lvert\frac{19}{4.5}\right\rvert$ $\frac{3.5}{2.13}$ $\left\lvert\frac{5}{2.3}\right\rvert$ $\frac{3^2}{13}$ Ergo $z=3^2.5.19.37$ & numeri amicabiles erunt: $\left\{\begin{matrix}3^2.5.19.37.7.887\\3^2.5.19.37.7103\end{matrix}\right)$;
$u=11$	2039	16319	$\frac{3.5.17}{4.107}$
$u=13$	2423	19391	$\frac{3.101}{8.71}$
$u=26$	4919	39359	$\frac{3.205}{1153}$

Exemplum. 4.

§. CXII. Sit $a=11$, $b=1$, erit $\int a=m=12$; $\int b=n=1$; numeri quæſiti $11(x-1)z$ & $(12x-1)z$; atque $\frac{z}{\int z}=\frac{12x}{23x-12}$. Hic ex numeratore vel 3 vel 4 tolli debet:

I. Tollatur 3; ponatur $x=3p$; erit $\frac{z}{\int z}=\frac{12p}{23p-4}$; & $p=$

$p = 3q - 1$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{4(3q-1)}{23q-9}$; & ob $x = 9q - 3$, q debet eſſe impar. Sit $q = 2r + 1$, ut ſit $x = 18r + 6$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{4(6r+2)}{46r+14} = \frac{4(3r+1)}{23r+7}$, & $x - 1 = 18r + 5$; $12x - 1 = 216r + 71$.

r	$x-1$	$12x-1$	$\frac{z}{\int z}$
0	5	71	$\frac{4}{7}$; $z = 4$; num. amic. $\begin{cases} 4 \cdot 11 \cdot 5 \\ 4 \cdot 71 \end{cases}$
2	41	503	$\frac{4 \cdot 7}{53}$
3	59	719	$\frac{4 \cdot 10}{76} = \frac{2 \cdot 5}{19}$ imp.
6	113	1367	$\frac{4 \cdot 19}{145} = \frac{4 \cdot 10}{5 \cdot 29}$ imp.
7	131	1583	$\frac{4 \cdot 22}{168} = \frac{11}{21} = \frac{11}{3 \cdot 7} \left\| \frac{11}{12} \right\| \frac{4}{7}$ ſed ob factorem 11 hic valor z non valet.

II. Tollatur factor 4, ac ponatur $x = 4p$; ut fiat $\frac{z}{\int z} = \frac{12p}{23p - 3}$. Jam ſit $p = 4q + 1$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{3(4q+1)}{23q+5}$, & ob

ob $x = 16q + 4$ numeri primi eſſe debent $x - 1 = 16q + 3$ & $12x - 1 = 192q + 47$, hinc excluduntur valores $q = 3\alpha$.

q	$x - 1$	$12x - 1$	$\frac{z}{\int z}$
0	3	47	$\frac{3}{5}$ impoſſ.
1	19	239	$\frac{3\cdot5}{4\cdot7}$ $\boxed{\frac{5}{2\cdot3}}$ $\frac{3^2}{14}$ $\boxed{\frac{3^2}{13}}$ $\frac{13}{14}$; $z = 3^2\, 5.\, 13$ & numeri amicabiles erunt $\left\{\begin{matrix} 3^2\cdot 5\cdot 13\cdot 11\cdot 19 \\ 3^2\cdot 5\cdot 13\cdot 239 \end{matrix}\right)$
13	211	2543	$\frac{3\cdot 53}{16.19}$ $\boxed{\frac{53}{2\cdot 27}}$ $\frac{81}{8.19}$ $\boxed{\frac{243}{4.7.13}}$ $\frac{7.13}{2\cdot3\cdot19}$ $\boxed{\frac{13}{2.7}}$ $\frac{7^2}{3\cdot19}$ $\boxed{\frac{7^2}{3\cdot19}}$ Ergo $z = 3^5\cdot 7^2\cdot 13\cdot 53$ & numeri amicabiles erunt $\left\{\begin{matrix} 3^5.7^2.\, 13\cdot 53\cdot 11.211 \\ 3^5.7^2.\, 13\cdot 53\cdot 2543 \end{matrix}\right)$

Exemplum. 5.

§. CXIII. Sit $a = 5$; $b = 17$; & numeri amicabiles $5(3x - 1)z$ & $17(x - 1)z$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{18x}{32x - 22} = \frac{9x}{16x - 11}$;

 Cum

Digitized by Google

Cùm x debeat eſſe numerus par, ponatur $x = 2p$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{18p}{32p - 11}$, & ex numeratore $18p$ vel factor 2 vel 3^2 tolli debet, ne ſit numerus redundans. At factor 2 tolli nequit; tollatur ergo factor 9. Ad hoc ponatur $p = 9q + 4$, ut ſit $x = 18q + 8$ & $x - 1 = 18q + 7$ & $3x - 1 = 54q + 23$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{2(9q+4)}{32q+13}$.

q	$x - 1$	$12x - 1$	$\frac{z}{\int z}$
0	7	23	$\frac{8}{13}$ imposſ.
2	43	131	$\frac{4 \cdot 11}{7 \cdot 11} = \frac{4}{7}$; $z = 4$ & N. A. $\begin{cases} 4 \cdot 5 \cdot 131 \\ 4 \cdot 17 \cdot 43 \end{cases}$
4	79	239	$\frac{16 \cdot 5}{3 \cdot 47}$
5	97	293	$\frac{2 \cdot 49}{173}$
17	313	941	$\frac{2 \cdot 157}{557}$
19	349	1049	$\frac{2 \cdot 5^2 \cdot 7}{27 \cdot 23}$
20	367	1103	$\frac{16 \cdot 23}{653}$
24	439	1319	$\frac{8 \cdot 5 \cdot 11}{781}$ inut. $= \frac{8 \cdot 5}{71}$

Digitized by Google

Exempl. 6.

§. CXIV. Sit $a = 37$ & $b = 227$, erit $\int a = 38$, $\int b = 228$, & $\frac{m}{n} = \frac{1}{6}$; unde ſi numeri amicabiles ſint $37(6x-1)z$ & $227(x-1)z$, fiet $\frac{z}{\int z} = \frac{6.\,38x}{449x-264} = \frac{4.\,3.\,19x}{449x-264}$: Ubi cum x debeat eſſe numerus par, ponatut $x = 2p$, ut numeri primi eſſe debeant $x-1 = 2p-1$ & $6x-1 = 12p-1$, eritque $\frac{z}{\int z} = \frac{4.\,3.\,19p}{44p-132}$. Nunc ex numeratore vel factor 4 vel factor 3 tolli debet.

I. Tollatur factor 3, ad hoc ponatur $p = 3q$, ut ſit $\frac{z}{\int z} = \frac{4.\,3.\,19q}{449q-44}$; nunc fiat $q = 3r+1$, eritque;

$\frac{z}{\int z} = \frac{4.\,19(3r+1)}{449r+135}$. & $p = 9r+3$; $x-1 = 18r+5$; $6-1 = 108r+35$

r	$x-1$	$6x-1$	$\frac{z}{\int z}$
2	41	251	$\frac{4.\,19.\,7}{1033}$
3	59	359	$\frac{4.\,19.\,10}{1482} = \frac{4.\,5}{3.\,13}$
6	113	683	$\frac{4.\,19.\,19}{3.\,23.\,41}$
13	239	1439	$\frac{4.\,19.\,40}{4.\,1493}$

17	311	1871	$\frac{16.13.19}{8.971}$
22	401	2411	$\frac{4.19.67}{10013} = \frac{4.67}{17.31}$ $\left\lvert\frac{67}{4.17}\right\rvert$ $\frac{16}{31}$ $\left\lvert\frac{16}{31.}\right\rvert$
			$z = 16.67$
			Num. Amicab. $\left\{\begin{matrix} 16.67.37.2411 \\ 16.67.227.401 \end{matrix}\right)$
117	2111	12671	$\frac{4.19.352}{52668} = \frac{128.11.19}{4.7.9.11.19} = \frac{32}{63}$; $z = 32$
			& num. amic. $\left\{\begin{matrix} 32.37.12671 \\ 32.227.2111 \end{matrix}\right)$

II. Tollatur factor 4; ponatur $p = 4q$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{4.3.19q}{449q - 33}$ nunc ſit $q = 4r + 1$, erit $p = 16r + 4$; $x - 1 = 32r + 7$; $6x - 1 = 192r + 47$ atque $\frac{z}{\int z} = \frac{3.19(4r+1)}{449r + 104}$.

r	$x - 1$	$6x - 1$	$\frac{z}{\int z}$
0	7	47	$\frac{3.19}{8.13}$ $\left\lvert\frac{19}{4.5}\right\rvert$ $\frac{3.5}{2.13}$ $\left\lvert\frac{5}{2.3}\right\rvert$ $\frac{3^2}{13}$; $z = 3^2.5.19$
			& num. Am. $\left\{\begin{matrix} 3^2.5.19.37.47 \\ 3^2.5.19.227.7 \end{matrix}\right)$

2	71	431	$\frac{9.19}{2.167}$
8	263	1583	$\frac{3.19.33}{16.3.7.11} = \frac{3.19}{16.7} \Big\vert \frac{19}{4.5} \Big\vert \frac{3.5}{4.7} \Big\vert \frac{5}{2.3}$
			$\frac{3}{2.7} \Big\vert \frac{3^2}{13} \Big\vert \frac{13}{14}.$
			$z = 3^2.5.13.19$ &
			Num. Amic. $\begin{cases} 3^2.5.13.19.37.1583 \\ 3^2.5.13.19.227.263 \end{cases}$
15	487	2927	$\frac{3.19.61}{7.977}$
23	743	4463	$\frac{9.19.31}{9.19.61} = \frac{31}{61}.$
26	839	5039	$\frac{3.19.105}{2.3.13.151} = \frac{3.5.7.19}{2.13.151}$
30	967	5807	$\frac{3.19.11}{2.617}$
41	1319	7919	$\frac{3.19.165}{9.121.17} = \frac{5.19}{11.17}$

Exempl. 7.

§. CXV. Sit $a = 79$; $b = 11.19 = 209$; $\int a = 80$; $\int b = 240$ erit $m = 1, n = 3$, & numeri amicabiles ſint $79(3x - 1)z$ & $11.19(x - 1)z$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{240x}{446x - 288} = \frac{120x}{223x - 144}$. Sit

Sit $x = 2p$ erit $\frac{z}{\int z} = \frac{120p}{223p - 72}$, & numeri primi eſſe debent
$2p - 1$ & $6p - 1$

Nunc autem ex numeratore $120p$ vel factor 8 vel 3 tolli debet.

I. Tollatur factor 3; ſit $p = 9q$ erit $\frac{z}{\int z} = \frac{120q}{223q - 8}$ & fiat $q = 3r - 1$, ut ſit $\frac{z}{\int z} = \frac{40(3r - 1)}{223r - 77}$; $p = 27r - 9$ & $x - 1 = 54r - 19$; ac $3x - 1 = 162r - 55$.

Nunc autem ob 40 numerum redundantem vel 5 vel 4 tolli debet.

a) Tollatur 5, ſitque $r = 5s - 1$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{8(15s - 4)}{223s - 60}$ & numeros primos eſſe oportet $x - 1 = 470s - 73$; $3x - 1 = 810s - 217$. Ac ne ternarius denuo in numeratorem intret, excludendi ſunt caſus $s = 3\alpha - 1$. Hinc autem nihil invenitur.

c) Cum ſit $\frac{z}{\int z} = \frac{40(3r - 1)}{223r - 77}$ tollatur 4: ſitque $r = 4s - 1$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{10(12s - 1)}{223s - 75} = \frac{40(3s - 1)}{223s - 75}$; ſit porro $s = 4t + 1$ erit $\frac{z}{\int z} = \frac{10(12t + 2)}{223t + 37} = \frac{20(6t + 1)}{223t + 37}$. Sit porro $t = 2u - 1$; erit $\frac{z}{\int z} = \frac{10(12u - 5)}{223u - 93}$; & ob $r = 16t + 3 = 32u - 13$; erit

$$x - 1 = 1728u - 721$$
$$3x - 1 = 5184u - 2161$$

At hos numeros non reddit primos minor valor ipſius u quam 16, unde ſit $\frac{z}{\int z} = \frac{2.11.17}{5.139}$, qui ob factorem 11 eſt inutilis.

II. Er-

Digitized by Google

II. Ergo ex æq. $\frac{z}{\int z} = \frac{120q}{223p-72}$ tollatur factor 8. Ponatur $p = 8q$, erit $\frac{z}{\int z} = \frac{120q}{223q-9}$ & nunc ſit $q = 8r - 1$ erit $\frac{z}{\int z} = \frac{3.5(8r-1)}{223r-29}$; at ob $p = 64r - 8$, erit

$$x - 1 = 128r - 17;\; 3x - 1 = 384r - 49$$

Unde valores exluduntur $r = 3\alpha + 1$; & $r = 5\alpha \pm 1$.

r	$x-1$	$3x-1$	$\frac{z}{\int z}$
2	239	719	$\frac{3.5^2}{139}$
3	367	1103	$\frac{3.23}{128}$ $\frac{23}{8.3}$ $\frac{3^2}{16}$ $\frac{3^2}{13}$ $\frac{13}{16}$ $\frac{13}{14}$ $\frac{7}{8}$
			Ergo $z = 3^2.7.13.23$ vel
			$\frac{3.23}{128}$ $\frac{23}{8.3}$ $\frac{3^2}{16}$ $\frac{3^3}{8.5}$ $\frac{5}{6}$; ergo $z =$

$3^3.5.23$ & numeri amicabiles erunt.

$$\left\{\begin{array}{l} 3^2.7.13.23.79.1103 \\ 3^2.7.13.23.11.19.367 \end{array}\right\} \text{ vel } \left\{\begin{array}{l} 3^3.5.23.79.1103 \\ 3^3.5.23.11.19.367 \end{array}\right\}$$

Exempl. 8.

§. CXVI. Sit $a = 17.19$: $b = 11.59$; erit $\int a = 18.20$, $\int b =$

$\int b = 12.60$, & $m = 1$, $n = 2$. Si ergo num. am. ponantur.
$\begin{matrix} 17.19(2x-1)z \\ 11.59(x-1)z \end{matrix}$ erit $\frac{z}{\int z} = \frac{720x}{1295x-972}$: Sit $x = 2p$ erit $\frac{z}{\int z} = \frac{720p}{1295p-486}$; atque $\begin{matrix} x-1 = 2p-1 \\ 2x-1 = 4p-1 \end{matrix}$; quorum ut neuter ſit diviſibilis per 3, debet eſſe $p = 3q$, ut ſit

$$\frac{z}{\int z} = \frac{720q}{1295q-162}; \quad \& \quad \begin{matrix} x-1 = 6q-1 \\ 2x-1 = 12q-1 \end{matrix}$$

Tollatur ex num. factor 16, ſitque $q = 2r$ erit

$$\frac{z}{\int z} = \frac{720r}{1295r-81}; \text{ nunc ſit } r = 16s-1 \text{ erit}$$

$$\frac{z}{\int z} = \frac{45(16s-1)}{1295s-86} \quad \& \quad \begin{matrix} x-1 = 192s-13 \\ 2x-1 = 384s-25 \end{matrix}$$

Sit $s = 1$; erit $x-1 = 179$; $2x-1 = 359$ &

$$\frac{z}{\int z} = \frac{45.15}{1209} = \frac{225}{403} = \frac{3^2.\ 5^2.}{13.\ 31} \quad \boxed{\frac{3^2}{13}} \quad \frac{5^2}{31} \quad \boxed{\frac{5^2}{31}}$$

Ergo $z = 3^2.5^2$ & numeri amicabiles erunt

$$\left\{ \begin{matrix} 3^2.5^2.17.19.359 \\ 3^2.5^2.11.59.179 \end{matrix} \right)$$

Scholion.

§. CXVII. Hæc ultima methodus in problemate 5. expoſita prorſus diverſa eſt a methodo præcedente, quam problemata 4 priora complectuntur: dum in hac factor communis quæritur, in illa autem datur. Utraque tamen ſingulari præſtantiæ genere eſt prædita, ut altera ſine ſubſidio alterius non ſatis apta ſit ad multitudinem

Digitized by Google

tudinem numerorum amicabilium augendam. Poſterior enim methodus ſuppeditat ejusmodi factores communes, quos ad uſum prioris vix ſuſpicari licuiſſet: prior vero ſuggerit reliquos factores huic inſtituto idoneos. Ceterum cuncta, quae hic tradidi, ſpecimen continent methodi ſummae incertae, quam, quantum licuit, ad regulas algebraicas reduxi, ut vaga tentandi incertitudo reſtringeretur. Coronidis ergo loco ultra ſexaginta numerorum amicabilium paria ſubjungam, quos his methodis elicui.

Catalogus numerorum amicabilium.

I $\begin{cases} 2^2 \cdot 5 \cdot 11 \\ 2^2 \cdot 71 \end{cases}$ II $\begin{cases} 2^4 \cdot 23 \cdot 47 \\ 2^4 \cdot 1151 \end{cases}$ III $\begin{cases} 2^7 \cdot 191 \cdot 383 \\ 2^7 \cdot 73727 \end{cases}$

IV $\begin{cases} 2^2 \cdot 23 \cdot 5 \cdot 137 \\ 2^2 \cdot 23 \cdot 827 \end{cases}$ V $\begin{cases} 3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 5 \cdot 17 \\ 3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 107 \end{cases}$

VI $\begin{cases} 3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 11 \cdot 19 \\ 3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 239 \end{cases}$ VII $\begin{cases} 3^2 \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 5 \cdot 41 \\ 3^2 \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 251 \end{cases}$

VIII $\begin{cases} 3^2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 53 \cdot 1889 \\ 3^2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 102059 \end{cases}$ IX $\begin{cases} 2^2 \cdot 13 \cdot 17 \cdot 389 \cdot 509 \\ 2^2 \cdot 13 \cdot 17 \cdot 198899 \end{cases}$

X $\begin{cases} 3^2 \cdot 5 \cdot 19 \cdot 37 \cdot 7 \cdot 887 \\ 3^2 \cdot 5 \cdot 19 \cdot 37 \cdot 7103 \end{cases}$ XI $\begin{cases} 3^4 \cdot 5 \cdot 11 \cdot 29 \cdot 89 \\ 3^4 \cdot 5 \cdot 11 \cdot 2699 \end{cases}$

XII $\begin{cases} 3^2 \cdot 7^2 \cdot 11 \cdot 13 \cdot 41 \cdot 461 \\ 3^2 \cdot 7^2 \cdot 11 \cdot 13 \cdot 19403 \end{cases}$ XIII $\begin{cases} 3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 29 \cdot 569 \\ 3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 17099 \end{cases}$

XIV $\begin{cases} 3^2 \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 97 \cdot 5 \cdot 193 \\ 3^2 \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 97 \cdot 1163 \end{cases}$ XV $\begin{cases} 3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 41 \cdot 163 \cdot 5 \cdot 977 \\ 3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 41 \cdot 163 \cdot 5867 \end{cases}$

XVI $\begin{cases} 2^3 \cdot 17 \cdot 79 \\ 2^3 \cdot 23 \cdot 59 \end{cases}$ XVII $\begin{cases} 2^4 \cdot 23 \cdot 1367 \\ 2^4 \cdot 53 \cdot 607 \end{cases}$

XVIII $\begin{cases} 2^4 \cdot 47 \cdot 89 \\ 2^4 \cdot 53 \cdot 79 \end{cases}$ XIX $\begin{cases} 2^4 \cdot 23 \cdot 479 \\ 2^4 \cdot 89 \cdot 127 \end{cases}$

XX	$2^4 \cdot 23 \cdot$ [illegible] 467	$2^4 \cdot$ [illegible]
XXI	$2^4 \cdot 17 \cdot$ [illegible]	$2^4 \cdot$ [illegible] $\cdot 383$
XXII	$2^4 \cdot 17 \cdot 10303$	$2^4 \cdot 167 \cdot 1103$
XXIII	$2^4 \cdot 19 \cdot$ [illegible] 439	$2^4 \cdot$ [illegible] 49 $\cdot$ [illegible] 91
XXIV	$2^5 \cdot 59 \cdot 1103$	$2^5 \cdot 79 \cdot 827$
XXV	$2^5 \cdot 37 \cdot 12671$	$2^5 \cdot 227 \cdot 2111$
XXVI	$2^5 \cdot 53 \cdot 10559$	$2^5 \cdot 79 \cdot 7127$
XXVII	$2^6 \cdot 79 \cdot 11087$	$2^6 \cdot 383 \cdot 2309$
XXVIII	$2^8 \cdot 383 \cdot 9203$	$2^8 \cdot 1151 \cdot 3067$
XXIX	$2^2 \cdot 11 \cdot 17 \cdot 263$	$2^2 \cdot 11 \cdot 43 \cdot 107$
XXX	$3^2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 71$	$3^2 \cdot 5 \cdot 17 \cdot 31$
XXXI	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 29 \cdot 79$	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 11 \cdot 199$
XXXII	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 47$	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 29 \cdot 31$
XXXIII	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 37 \cdot 1583$	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 227 \cdot 263$
XXXIV	$3^2 \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 11 \cdot 220499$	$3^2 \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 89 \cdot 29399$
XXXV	$3^2 \cdot 5 \cdot 19 \cdot 37 \cdot 47$	$3^2 \cdot 5 \cdot 19 \cdot 7 \cdot 227$
XXXVI	$2^4 \cdot 67 \cdot 37 \cdot 2411$	$2^4 \cdot 67 \cdot 227 \cdot 401$
XXXVII	$3^3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 11 \cdot 29$	$3^3 \cdot 5 \cdot 31 \cdot 89$
XXXVIII	$2 \cdot 5 \cdot 23 \cdot 29 \cdot 673$	$2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 60659$
XXXIX	$2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 19 \cdot 107$	$2 \cdot 5 \cdot 47 \cdot 359$
XL	$2^3 \cdot 11 \cdot 163 \cdot 191$	$2^3 \cdot 31 \cdot 11807$
XLI	$3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 23 \cdot 11 \cdot 19 \cdot 367$	$3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 23 \cdot 79 \cdot 1103$
XLII	$3^2 \cdot 5 \cdot 23 \cdot 11 \cdot 19 \cdot 367$	$3^2 \cdot 5 \cdot 23 \cdot 79 \cdot 1103$
XLIII	$2^3 \cdot 11 \cdot 59 \cdot 173$	$2^3 \cdot 57 \cdot 2609$
XLIV	$2^3 \cdot 11 \cdot 23 \cdot 2543$	$2^3 \cdot 383 \cdot 1907$
XLV	$2^3 \cdot 11 \cdot 23 \cdot 1871$	$2^3 \cdot 467 \cdot 1151$
XLVI	$2^3 \cdot 11 \cdot 23 \cdot 1619$	$2^3 \cdot 719 \cdot 647$
XLVII	$2^3 \cdot 11 \cdot 29 \cdot 239$	$2^3 \cdot 191 \cdot 449$

XLVIII

XLVIII $\begin{cases} 2^3.29.47.59 \\ 2^3.17.4799 \end{cases}$ XLIX $\begin{cases} 2^4.17.167.13679 \\ 2^4.809.51071 \end{cases}$

L $\begin{cases} 2^4.23.47.9767 \\ 2^4.1583.7103 \end{cases}$ LI $\begin{cases} 2^2.5.13.1187 \\ 2^2.43.2267 \end{cases}$

LII $\begin{cases} 3^2.7.13.5.17.1187 \\ 3^2.7.13.131.971 \end{cases}$ LIII $\begin{cases} 3^2.7^2.13.53.11.211 \\ 3^2.7^2.13.53.2543 \end{cases}$

LIV $\begin{cases} 3^2.5^2.11.59.179 \\ 3^2.5^2.17.19.359 \end{cases}$ LV $\begin{cases} 3^3.5.17.23.397 \\ 3^3.5.7.21491 \end{cases}$

LVI $\begin{cases} 3^4.7.11^2.19.47.7019 \\ 3^4.7.11^2.19.389.863 \end{cases}$ LVII $\begin{cases} 3^4.7.11^2.19.53.6959 \\ 3^4.7.11^2.19.179.2087 \end{cases}$

LVIII $\begin{cases} 3^5.7^2.13.19.47.7019 \\ 3^5.7^2.13.19.389.863 \end{cases}$ LIX $\begin{cases} 3^5.7^2.13.19.53.6959 \\ 3^5.7^2.13.19.179.2087 \end{cases}$

His adjicere lubet duo paria ſequentia, quæ ſunt formæ diverſæ à præcedentibus:

LX $\begin{cases} 2^3.19.41 \\ 2^5.199 \end{cases}$ LXI $\begin{cases} 2^3.41.467 \\ 2^5.19.233 \end{cases}$

Demonſtratio Gemina THEOREMATIS NEUTONIANI quo traditur relatio inter coëfficientes cujusvis æquationis algebraicæ & ſummas poteſtatum radicum ejusdem.

§. I.

Poſtquam æquatio algebraica tam a fractionibus quam ab irrationalitate fuerit liberata, atque ad hujusmodi formam reducta:

$$x^{n} - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + Dx^{n-4} - Ex^{n-5} + \dots + N = 0$$

demonſtrari ſolet in analyſi, hujusmodi æquationem tot ſemper habere radices, ſive ſint reales ſive imaginariæ, quot unitates contineantur in poteſtatis ſummæ exponente n. Tum vero non minus certum eſt, ſi hujus æquationis omnes radices fuerint α, β, γ, δ, ε, - - ν, coëfficientes terminorum æquationis A, B, C, D, E, &c. ex his radicibus ita conflari, ut ſit:

A = ſummæ omnium radicum $= \alpha + \beta + \gamma + \delta + \dots + \nu$

B = ſummæ productorum ex binis $= \alpha\beta + \alpha\gamma + \alpha\delta + \beta\gamma +$ &c.

C = ſummæ productorum ex ternis $= \alpha\beta\gamma +$ &c.

D = ſummæ productorum ex quaternis $= \alpha\beta\gamma\delta +$ &c.

E = ſummæ productorum ex quinis $= \alpha\beta\gamma\delta\varepsilon +$ &c.

&c.

Ultimumque tandem terminum abſolutum $\pm$ N eſſe productum ex omnibus radicibus $\alpha\beta\gamma\delta \dots \nu$.

§. II.

§. II. Quo jam theorema, cujus demonſtrationem hic tradere conſtitui, facilius ac brevius enunciare queam; deſignet $\int \alpha$ ſummam omnium radicum; $\int \alpha^2$ ſummam quadratorum earumdem radicum; $\int \alpha^3$ ſummam cuborum radicum; $\int \alpha^4$ ſummam biquadratorum iſtarum radicum, & ita porro: ita ut ſit:

$$\int \alpha = \alpha + \beta + \gamma + \delta + \varepsilon + \ldots + \nu$$

$$\int \alpha^2 = \alpha^2 + \beta^2 + \gamma^2 + \delta^2 + \varepsilon^2 + \ldots + \nu^2$$

$$\int \alpha^3 = \alpha^3 + \beta^3 + \gamma^3 + \delta^3 + \varepsilon^3 + \ldots + \nu^3$$

$$\int \alpha^4 = \alpha^4 + \beta^4 + \gamma^4 + \delta^4 + \varepsilon^4 + \ldots + \nu^4$$

$$\int \alpha^5 = \alpha^5 + \beta^5 + \gamma^5 + \delta^5 + \varepsilon^5 + \ldots + \nu^5$$

&c.

§. III. Hac ſignandi ratione expoſita Neutonus affirmat iſtas poteſtatum, quæ ex ſingulis radicibus formantur, ſummas per coëfficientes æquationis A, B, C, D, E, &c. ita definiri, ut ſit.

$$\int \alpha = A$$

$$\int \alpha^2 = A\int \alpha - 2B$$

$$\int \alpha^3 = A\int \alpha^2 - B\int \alpha + 3C$$

$$\int \alpha^4 = A\int \alpha^3 - B\int \alpha^2 + C\int \alpha - 4D$$

$$\int \alpha^5 = A\int \alpha^4 - B\int \alpha^3 + C\int \alpha^2 - D\int \alpha + 5E$$

$$\int \alpha^6 = A\int \alpha^5 - B\int \alpha^4 + C\int \alpha^3 - D\int \alpha^2 + E\int \alpha - 6F$$

&c.

Digitized by Google

Cujus theorematis demonſtrationem Neutonus non ſolum nullam tradit, ſed etiam Ipſe videtur ejus veritatem ex continua illatione concluſiſſe. Primum enim demonſtratione non eget eſſe $\int\alpha = A$: & cum ſit

$$A^2 = \alpha^2 + \beta^2 + \gamma^2 + \delta^2 + \varepsilon^2 + \&c. + 2\alpha\beta + 2\alpha\gamma + 2\alpha\delta + 2\beta\gamma + 2\beta\delta + \&c.$$

erit $A^2 = \int\alpha^2 + 2B$, ideoque $\int\alpha^2 = A^2 - 2B = A\int\alpha - 2B$: ſimilique modo veritas ſequentium formularum evinci poteſt; ſed continuo majore opus erit labore.

§. IV. Cum plures jam hujus theorematis utiliſſimi veritatem oſtenderint, eorum demonſtrationes autem regulis combinationum plerumque innitantur, quæ etiamſi veræ ſint, tamen ab inductione plurimum pendeant, duplicem hic afferam demonſtrationem, in quarum utraque inductioni nihil tribuitur. Altera quidem ex analyſi infinitorum eſt petita, quæ etſi nimis longe remota videatur, tamen totum negotium perfecte conficit: verum tamen cum contra eam jure objici queat, hujus theorematis veritatem evictam eſſe oportere, antequam ad analyſin infinitorum perveniatur; alteram demonſtrationem adjungam, in qua nihil aſſumitur, niſi quod ſtatim ab initio in explicatione naturæ æquationum tradi ſolet.

Demonſtratio I.

§. V. Ponatur $x^n - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + \ldots \pm N = Z$ & cum æquationis $Z = 0$ radices ſeu valores ipſius x ſint, $\alpha, \beta, \gamma, \delta, \ldots \nu$, quorum numerus eſt $= n$, erit ex natura æquationum:

$$Z = (x-\alpha)(x-\beta)(x-\gamma)(x-\delta)\ldots(x-\nu)$$

et

et logarithmis ſumendis habebitur:

$$lZ = l(x-\alpha)+l(x-\beta)+l(x-\gamma)+l(x-\delta)+\&c.$$
$$+\,l(x-\nu)$$

Quod ſi jam harum formularum differentialia capiantur erit:

$$\frac{dZ}{Z} = \frac{dx}{x-\alpha}+\frac{dx}{x-\beta}+\frac{dx}{x-\gamma}+\frac{dx}{x-\delta}+\&c.$$
$$+\,\frac{dx}{x-\nu}$$

Ideoque per dx dividendo fiet:

$$\frac{dZ}{Zdx} = \frac{1}{x-\alpha}+\frac{1}{x-\beta}+\frac{1}{x-\gamma}+\frac{1}{x-\delta}+\cdots+\frac{1}{x-\nu}$$

Convertantur nunc ſingulæ hæ fractiones more ſolito in ſeries geometricas infinitas: ob

$$\frac{1}{x-\alpha} = \frac{1}{x}+\frac{\alpha}{x^2}+\frac{\alpha^2}{x^3}+\frac{\alpha^3}{x^4}+\frac{\alpha^4}{x^5}+\frac{\alpha^5}{x^6}+\&c.$$

$$\frac{1}{x-\beta} = \frac{1}{x}+\frac{\beta}{x^2}+\frac{\beta^2}{x^3}+\frac{\beta^3}{x^4}+\frac{\beta^4}{x^5}+\frac{\beta^5}{x^6}+\&c.$$

$$\frac{1}{x-\gamma} = \frac{1}{x}+\frac{\gamma}{x^2}+\frac{\gamma^2}{x^3}+\frac{\gamma^3}{x^4}+\frac{\gamma^4}{x^5}+\frac{\gamma^5}{x^6}+\&c.$$

&c.

$$\frac{1}{x-\nu} = \frac{1}{x}+\frac{\nu}{x^2}+\frac{\nu^2}{x^3}+\frac{\nu^3}{x^4}+\frac{\nu^4}{x^5}+\frac{\nu^5}{x^6}+\&c.$$

His

Digitized by Google

His igitur ſeriebus colligendis, ſignisque ante expoſitis: $\int a$, $\int a^2$, $\int a^3$ &c. introducendis invenietur, quia numerus harum ſerierum eſt $= n$:

$$\frac{dZ}{Zdx} = \frac{n}{x} + \frac{1}{x^2}\int a + \frac{1}{x^3}\int a^2 + \frac{1}{x^4}\int a^3 + \frac{1}{x^5}\int a^4 + \&c.$$

§. VI. Cum autem ſtatuerimus:

$$Z = x^n - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + Dx^{n-4} \ldots + N$$

erit ſimiliter differentialibus ſumendis:

$$\frac{dZ}{dx} = nx^{n-1} - (n-1)Ax^{n-2} + (n-2)Bx^{n-3} - (n-3)Cx^{n-4} + (n-4)Dx^{n-5} - \&c.$$

hincque colligetur ſuperior formula $\frac{dZ}{Zdx}$ ita expreſſa ut ſit:

$$\frac{dZ}{Zdx} = \frac{nx^{n-1} - (n-1)Ax^{n-2} + (n-2)Bx^{n-3} - (n-3)Cx^{n-4} + (n-4)Dx^{n-5} - \&c.}{x^n - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + Dx^{n-4} - \&c.}$$

quæ igitur fractio æqualis eſſe debet ſeriei ſupra inventæ:

$$\frac{n}{x} + \frac{1}{x^2}\int a + \frac{1}{x^3}\int a^2 + \frac{1}{x^4}\int a^3 + \frac{1}{x^5}\int a^4 + \&c.$$

Quare

Digitized by Google

Quare ſi utraque expreſſio pro $\frac{dZ}{Zdx}$ inventa per alterius denominatorem $x^{n} - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + Dx^{n-4} + \&c.$ multiplicetur reſultabit hæc æquatio:

$$
\begin{aligned}
& nx^{n-1} - (n-1)Ax^{n-2} + (n-2)Bx^{n-3} - (n-3)Cx^{n-4} + (n-4)Dx^{n-5} - \&c. \\
= \; & nx^{n-1} + x^{n-2}\int\alpha + x^{n-3}\int\alpha^{2} + x^{n-4}\int\alpha^{3} + x^{n-5}\int\alpha^{4} + \&c. \\
& - nAx^{n-2} - Ax^{n-3}\int\alpha - Ax^{n-4}\int\alpha^{2} - Ax^{n-5}\int\alpha^{3} - \&c. \\
& + nBx^{n-3} + Bx^{n-4}\int\alpha + Bx^{n-5}\int\alpha^{2} + \&c. \\
& - nCx^{n-4} - Cx^{n-5}\int\alpha - \&c. \\
& + nDx^{n-5} + \&c.
\end{aligned}
$$

§. VII. Quemadmodum jam utrinque termini primi nx^{n-1} ſunt æquales, neceſſe eſt ut & ſecundi, tertii, quarti &c. inter ſe ſeorſim æquentur; unde ſequentes naſcentur æquationes:

$$
\begin{aligned}
& -(n-1)A = \int\alpha - nA \\
& +(n-2)B = \int\alpha^{2} - A\int\alpha + nB \\
& -(n-3)C = \int\alpha^{3} - A\int\alpha^{2} + B\int\alpha - nC \\
& +(n-4)D = \int\alpha^{4} - A\int\alpha^{3} + B\int\alpha^{2} - C\int\alpha + nD \\
& \qquad \&c.
\end{aligned}
$$

harumque æquationum lex, qua progrediuntur, ſponte eſt

manifeſta. Ex iis autem obtinentur formulæ illæ ipſæ, quibus theorema Neutonianum conſtat; ſcilicet:

$$\int\alpha = A$$
$$\int\alpha^2 = A\int\alpha - 2B$$
$$\int\alpha^3 = A\int\alpha^2 - B\int\alpha + 3C$$
$$\int\alpha^4 = A\int\alpha^3 - B\int\alpha^2 + C\int\alpha - 4D$$
$$\int\alpha^5 = A\int\mu^4 - B\int\alpha^3 + C\int\alpha^2 - D\int\alpha + 5E$$

Quæ eſt altera theorematis propoſiti demonſtratio.

Demonſtratio II.

§. VIII. Quo hujus demonſtrationis vis clarius perſpiciatur, eam ad æquationem determinati gradus accommodabo, ita tamen ut ea intelligatur ad quosvis gradus æque patere. Sit ergo propoſita æquatio quinti gradus:

$$x^5 - Ax^4 + Bx^3 - Cx^2 + Dx - E = 0$$

cujus quinque radices ſint α, β, γ, δ, ε. Quia igitur quælibet radix loco x ſubſtituta æquationi ſatisfacit, erit:

$$\alpha^5 - A\alpha^4 + B\alpha^3 - C\alpha^2 + D\alpha - E = 0$$
$$\beta^5 - A\beta^4 + B\beta^3 - C\beta^2 + D\beta - E = 0$$
$$\gamma^5 - A\gamma^4 + B\gamma^3 - C\gamma^2 + D\gamma - E = 0$$
$$\delta^5 - B\delta^4 + B\delta^3 - C\delta^2 + D\delta - E = 0$$
$$\varepsilon^5 - A\varepsilon^4 + B\varepsilon^3 - C\varepsilon^2 + D\varepsilon - E = 0$$

Colligentur hæ æquationes in unam ſummam, & ob ſigna ſupra recepta (§. 2.) habebitur:

$$\int\alpha^5 - A\int\alpha^4 + B\int\alpha - C\int\alpha^2 + D\int\alpha - 5E = 0$$
$$\text{ſeu } \int\alpha^5 = A\int\alpha^4 - B\int\alpha^3 + C\int\alpha^2 - D\int\alpha + 5E.$$

§. IX.

§. IX. Hinc dilucide patet, ſi æquatio propoſita fuerit gradus cujuscunque

$$x^{n} - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + Dx^{n-4} - \ldots\ldots \pm Mx \mp N = 0$$

ubi in ultimis terminis ſignorum ambiguorum ſuperiora valent, ſi exponens ſummus n fuerit numerus impar, inferiora ſi par; fore pariter:

$$ſ\alpha^{n} = Aſ\alpha^{n-1} - Bſ\alpha^{n-2} + Cſ\alpha^{n-3} - \ldots\ldots \mp Mſ\alpha \pm nN$$

ſi quidem per α indicetur radix quælibet iſtius æquationis ſicque veritas Theorematis Neutoniani jam pro uno caſu eſt oſtenſa. Super eſt igitur, ut ejusdem veritatem tam pro altioribus quam pro inferioribus radicum poteſtatibus demonſtremus.

§. X. Pro altioribus quidem poteſtatibus res pari modo patet, ſi enim valores $\alpha, \beta, \gamma, \delta, \varepsilon$ ſatisfaciant æquationi

$$x^{5} - Ax^{4} + Bx^{3} - Cx^{2} + Dx - E = 0$$

ſatisfacient quoque ſequentibus æquationibus:

$$x^{6} - Ax^{5} + Bx^{4} - Cx^{3} + Dx^{2} - Ex = 0$$
$$x^{7} - Ax^{6} + Bx^{5} - Cx^{4} + Dx^{3} - Ex^{2} = 0$$
$$x^{8} - Ax^{7} + Bx^{6} - Cx^{5} + Dx^{4} - Ex^{3} = 0$$

&c.

Ac propterea ſi in unaquaque æquatione pro x ſinguli valores $\alpha, \beta, \gamma, \delta, \varepsilon$ ſubſtituantur, & aggregata colligantur, erit

$$\int\alpha^{6} = A\int\alpha^{5} - B\int\alpha^{4} + C\int\alpha^{3} - D\int\alpha^{2} + E\int\alpha$$

$$\int\alpha^{7} = A\int\alpha^{6} - B\int\alpha^{5} + C\int\alpha^{4} - D\int\alpha + E\int\alpha^{2}$$

$$\int\alpha^{8} = A\int\alpha^{7} - B\int\alpha^{6} + C\int\alpha^{5} - D\int\alpha^{4} + E\int\alpha^{3}$$

&c.

§. XI. Si ergo α denotet radicem quamcunque hujus æquationis:

$$x^{n} - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + Dx^{n-4} - \text{----} + Mx \mp N = 0$$

erit non ſolum, uti jam invenimus:

$$\int\alpha^{n} = A\int\alpha^{n-1} - B\int\alpha^{n-2} + C\int\alpha^{n-3} - D\int\alpha^{n-4} \text{----} \mp M\int\alpha \pm nN$$

ſed etiam ad altiores quoque poteſtates progrediendo erit:

$$\int\alpha^{n+1} = A\int\alpha^{n} - B\int\alpha^{n-2} + C\int\alpha^{n-3} - D\int\alpha^{n-4} \text{----} \mp M\int\alpha^{2} \pm N\int\alpha$$

$$\int\alpha^{n+2} = A\int\alpha^{n+1} - B\int\alpha^{n} + C\int\alpha^{n-1} - D\int\alpha^{n-2} + \text{----} \mp M\int\alpha^{3} \pm N\int\alpha^{2}$$

$$\int\alpha^{n+3} = A\int\alpha^{n+2} - B\int\alpha^{n+1} + C\int\alpha^{n} - D\int\alpha^{n-1} + \text{---} \mp M\int\alpha^{4} \pm N\int\alpha^{3}$$

&c.

& in genere quidem, ſi ad n addatur numerus quicunque m, erit

$$\int\alpha^{n+m} = A\int\alpha^{n+m-1} - B\int\alpha^{n+m-2} + C\int\alpha^{n+m-3} \text{-----} \mp M\int\alpha^{m+1} \pm N\int\alpha^{m}.$$

Ubi quidem notandum eſt, ſi ſit $m = 0$, ob ſingulas poteſtates $\alpha^{0} = 1$, $\beta^{0} = 1$, $\gamma^{0} = 1$; &c. numerumque harum litterarum $= n$ fore

fore $\int\alpha = n$, quo caſu formula primo inventa in hac expreſſione continetur.

§. XII. Quamquam autem hæc expreſſio æque veritati eſt conſentanea, ſi pro m accipiatur numerus negativus: hincque pro æquatione quinti gradus aſſumta

$$x^5 - Ax^4 + Bx^3 - Cx^2 + Dx - E = 0$$

ſequentes formulæ pariter locum habent:

$$\int\alpha^4 = A\int\alpha^3 - B\int\alpha^2 + C\int\alpha^1 - D\int\alpha^0 + E\int\alpha^{-1}$$
$$\int\alpha^3 = A\int\alpha^2 - B\int\alpha^1 + C\int\alpha^0 - D\int\alpha^{-1} + E\int\alpha^{-2}$$
$$\int\alpha^2 = A\int\alpha^1 - B\int\alpha^0 + C\int\alpha^{-1} - D\int\alpha^{-2} + E\int\alpha^{-3}$$
&c.

tamen hæ formulæ ſunt diverſæ ab iis, quas theorema continet. Demonſtrandum enim eſt eſſe:

$$\int\alpha^4 = A\int\alpha^3 - B\int\alpha^2 + C\int\alpha - 4D$$
$$\int\alpha^3 = A\int\alpha^2 - B\int\alpha + 3C$$
$$\int\alpha^2 = A\int\alpha - 2B$$
$$\int\alpha = A$$

Harum igitur formularum veritatem ſequenti modo oſtendo.

§. XIII. Propoſita ſcilicet æquatione quinti gradus:

$$x^5 - Ax^4 + Bx^3 - Cx^2 + Dx - E = 0.$$

 For-

Formentur retinendis iisdem coëfficientibus ſequentes æquationes inferiorum graduum:

I. $x - A = o.$ Radix ſit p

II. $x^2 - Ax + B = o.$ Radix quælibet ſit q

III. $x^3 - Ax^2 + Bx - C = o.$ Sit radix quælibet r

IV. $x^4 - Ax^3 + Bx^2 - Cx + D = o.$ Radix quælibet s

Quarum æquationum radices, etiamſi inter ſe maxime diſcrepent, tamen in his ſingulis æquationibus eandem conſtituent ſummam $= A$. Deinde remota prima ſumma productorum ex binis radicibus ubique erit eadem $= B$: Tum ſumma productorum ex ternis radicibus ubique erit $= C$, præter æquationes ſcilicet I & II, ubi C non occurrit. Similiter in IV & propoſita ſumma productorum ex quaternis radicibus erit eadem $= D$.

§. XIV. In quibus autem æquationibus non ſolum ſumma radicum eſt eadem, ſed etiam ſumma productorum ex binis radicibus, ibi quoque ſumma quadratorum radicum eſt eadem. Sin autem præterea ſumma productorum ex ternis radicibus fuerit eadem, tum ſumma quoque cuborum omnium radicum erit eadem. Atque ſi inſuper ſumma productorum ex quaternis radicibus fuerit eadem, tum quoque ſumma biquadratorum omnium radicum erit eadem atque ita porro. Hic ſcilicet aſſumo, quod facile concedetur, ſummam quadratorum per ſummam radicum & ſummam productorum ex binis determinari; ſummam cuborum autem præterea requirere ſummam factorum ex ternis radicibus; ac ſummam biquadratorum præterea ſummam factorum ex quaternis

Digitized by Google

ternis radicibus, & ita porro; quod quidem demonſtratu non eſſet difficile.

§. XV. In æquationibus ergo inferiorum graduum, quarum radices denotantur reſpective per litteras p, q, r, s, dum ipſius propoſitæ quinti gradus quælibet radix littera u indicatur, erit:

$$\int u = \int s = \int r = \int q = \int p$$

$$\int u^2 = \int s^2 = \int r^2 = \int q^2$$

$$\int u^3 = \int s^3 = \int r^3$$

$$\int u^4 = \int s^4$$

At per ea quæ ante §. 9 demonſtravimus eſt

$$\int p = A$$

$$\int q^2 = A\int q - 2B$$

$$\int r^3 = A\int r^2 - B\int r + 3C$$

$$\int s^4 = A\int s^3 - B\int s^2 + C\int s - 4D$$

Hinc ergo nanciſcimur pro æquatione quinti gradus propoſita: $x^5 - Ax^4 + Bx^3 - Cx^2 + Dx - E = 0$ has formulas

ſa

Digitized by Google

$$ſ\alpha = A$$

$$ſ\alpha^2 = Aſ\alpha - 2B$$

$$ſ\alpha^3 = Aſ\alpha^2 - Bſ\alpha + 3C$$

$$ſ\alpha^4 = Aſ\alpha^3 - Bſ\alpha^2 + Cſ\alpha - 4D$$

§. XVI. In æquatione ergo cujuscunque gradus propoſita:

$$x^n - Ax^{n-1} + Bx^{n-2} - Cx^{n-3} + Dx^{n-4} - \&c. \cdots \pm N = 0$$

ſi quælibet radix littera α indicetur erit:

$$ſ\alpha = A$$

$$ſ\alpha^2 = Aſ\alpha - 2B$$

$$ſ\alpha^3 = Aſ\alpha^2 - Bſ\alpha + 3C$$

$$ſ\alpha^4 = Aſ\alpha^3 - Bſ\alpha^2 + Cſ\alpha - 4D$$

$$ſ\alpha^5 = Aſ\alpha^4 - Bſ\alpha^3 + Cſ\alpha^2 - Dſ\alpha + 5E$$

&c.

Hocque modo veritas Theorematis Neutoniani pariter habetur demonſtrata.

Ani-

Digitized by Google

Animadverſiones
in
Rectificationem Ellipſis.

§. I.

Tab. I.

Ellipſis rectificatio tot jam variis methodis eſt fruſtra tentata, ut non ſolum comparationem arcuum ellipticorum cum lineis rectis, ſed etiam ne cum circularibus quidem aut parabolicis expectare nequeamus. Cum enim formula illa differentialis, cujus integrale arcum ellipticum indefinitum exprimit, nullo modo ab irrationalitate liberari queat; certum hoc eſt ſignum, ejus integrationem non ſolum non algebraice, ſed etiam ne conceſſis quidem circuli & hyperbolæ quadraturis perfici poſſe. Quod cum tenendum ſit de rectificatione ellipſis indefinita, hinc adhuc minime ſequitur, arcum quempiam definitum veluti totam perimetrum ellipſis omnem comparationem cum lineis vel rectis vel circularibus penitus reſpuere: propterea quod jam innumerabiles curvæ aſſignari poſſunt indefinite æque parum rectificabiles atque ellipſis, in quibus tamen arcus definiti per lineas rectas menſurari queant.

§. II. Miſſa igitur rectificatione ellipſis indefinita, definitam potius ſum aggreſſus, experturus, utrum tota cujusque ellipſis perimeter non commode poſſit ad menſuras cognitas, quorſum etiam logarithmos & arcus circulares refero, per expreſſiones finitas revocari. Quanquam autem in hac inveſtigatione nihil admodum ſum conſecutus, quod ſcopo meo ſatisfeciſſet; tamen præter expectationem nonnulla ſe mihi obtulerunt phænomena

ſatis ſingularia, quibus theoria linearum curvarum non mediocriter promoveri videtur. Tum vero etiam difficultates, quæ in toto hoc calculo occurrerunt, anſam mihi præbuerunt quædam inſignia artificia inveniendi, quæ tam in calculo integrali, quam in theoria ſerierum infinitarum ingentem utilitatem ſæpius afferre poſſe videntur. Quamobrem operæ pretium fore exiſtimavi, ſi has ſpeculationes totumque quaſi filum calculorum meorum dilucide expoſuero.

Propoſitio.

Fig. 1. *§. III. Super data recta AC tanquam altero ſemiaxe deſcriptos concipio infinitos quadrantes ellipticos AP, AB, Ap, quorum ergo omnium eſt centrum C; alteri vero ſemiaxes conjugati ſunt CP, CB, Cp. Tum ex ſingulis punctis P, B, p arcus elliptici PA, BA, pA in directum extendantur, itaut quælibet PQ ſit rectæ CA parallela & quadranti elliptico PTA æqualis: quod ſi ubique fieri concipiatur, puncta hæc Q ſita erunt in linea quadam curva AQDp, cujus naturam inveſtigare conſtitui.*

Ad geneſin hujus curvæ vel leviter attendenti mox patebit, eam ſequentes habere proprietates, quas evolvam, antequam in ipſam hujus curvæ indolem diligentius inquiram; ut ejus figura & ductus ſaltem obiter perſpiciatur.

§. IV. Primum igitur ſi in recta indefinita CB*p* quæ ad datam CA eſt normalis, capiatur quævis abſciſſa CP, applicata PC, quæ ei reſpondet, erit æqualis quadranti perimetri ellipſis, cujus ſemiaxes conjugati ſunt, recta data CA & ipſa abſciſſa CP. Hinc ſi capiatur abſciſſa CB = CA, quo caſu quadrans ellipticus abibit in quadrantem circularem AB, applicata reſpondens BD æqualis erit quartæ parti peripheriæ circuli radio AC deſcripti. Unde ſi ratio diametri ad peripheriam ponatur = 1 : π, erit iſta applicata

BD

BD $= \frac{1}{2} \pi$. AC: ſive ob $\pi = 3,14159265358979 32$ erit BD $= 1,5707963267948961$. AC.

§. V. Secundo: Si abſciſſa CP evaneſcat, ellipſis evadet infinite anguſta, atque cum linea recta confundetur. Hoc ergo caſu quadrans ellipticus abibit in ipſam lineam AC, cui propterea applicata abſciſſæ evaneſcenti reſpondens erit æqualis. Quare ipſa recta CA erit applicata puncto C reſpondens, & curva quæſita per punctum A tranſibit. Hujus ergo curvæ jam duo habemus puncta cognita A & D, quorum alterum A geometrice datur, alterum vero D per rationem diametri ad peripheriam definitur.

§. VI. Tertio: Ex cognito quovis curvæ puncto Q intra A & D ſito, ſemper aliud quoddam curvæ punctum q ultra D ſitum definiri poteſt. Capiatur enim Cp tertia proportionalis ad CP & CA, ut ſit $Cp = \frac{CA . CA}{CP.}$, quia eſt CP : CA = CA : Cp, erit quadrans ellipticus Ap ſimilis quadranti elliptico AP, cum utrinque eadem ſit ratio inter ſemiaxes conjugatos. Hinc erit arcus Ap ad arcum AP ut AC ad CP, ideoque pq : PQ = AC : CP ſeu $pq = \frac{AC.PQ}{CP}$. Conſequenter ſi curvæ quæſitæ arcus AD tantum jam fuerit deſcriptus, ex eo reliqua curvæ pars Dq in infinitum extenſa definietur.

§. VII. Quarto: Hinc jam inſignis proprietas æquationis, qua natura curvæ AQDq exprimitur, agnoſcitur. Si enim recta data AC unitate deſignetur, ut ſit AC $= 1$; abſciſſa autem quævis unitate minor CP $= p$, eique reſpondens applicata PQ $= q$; tum vero ponatur abſciſſa illa altera Cp = P & applicata pq = Q; erit $P = \frac{1}{p}$ & $Q = \frac{q}{p}$. Quare cum inter P & Q eadem

Q 2 eſſe

eſſe debeat æquatio quæ eſt inter p & q, patet æquationem inter p & q nullam mutationem eſſe ſubituram, ſi in ea loco p ubique ſcribatur $\frac{1}{p}$ & $\frac{q}{p}$ loco q. Unde qualis ipſius p functio ſit q conjicere licet.

§. VIII. Quinto: Patet creſcentibus abſciſſis CP applicatas continuo creſcere, cum ſemper ſint majores quam abſciſſæ. Verum ſi abſciſſæ ſtatuantur infinitæ, applicatæ ipſis fient æquales: diſcrimen enim prodibit infinite parvum; unde colligimus quæſitam curvam habere aſymtotam, & quidem rectam CV angulum rectum ACB biſecantem. Forma igitur hujus curvæ ſimilis erit hyperbolæ æquilateræ centrum in C, axem CA & aſymtotam CV habentis. Ex deſcriptione porro intelligitur, curvam infra rectam CA productam ſui ſimilem fore, ideoque rectam CA ejus fore diametrum perinde atque hyperbolæ. Veruntamen hoc facile perſpicitur, noſtram curvam multo lentius ad aſymtotam ſuam CV appropinquare quam hyperbolam. Nam in hyperbola æquilatera, cui noſtram curvam comparamus, quævis applicata PQ æqualis eſt rectæ lineæ AP; unde cum applicata noſtræ curvæ arcui AP ſit æqualis, patet hyperbolam noſtræ curvæ fore circum ſcriptam, ita tamen ut in initio A, & in ſpatio infinito ſe mutuo tangant.

§. IX. His affectionibus latius patentibus in genere notatis, in ipſam hujus curvæ naturam accuratius inquiramus, ac propoſita quacunque abſciſſa CP $= p$, valorem reſpondentis applicatæ PQ $= q$ inveſtigemus; qui cum expreſſione finita contineri nequeat, per ſeriem infinitam exhiberi debebit. Sequens igitur reſolvi oportet

Pro-

Digitized by Google

Problema.

Ex datis ſemiaxibus CA & CP quadrantis elliptici CAP per ſeriem infinitam definire longitudinem arcus quadrantis ATP.

Solutio.

§. X. Cum vocatus ſit alter ſemiaxis $AC = 1$, alter vero $CP = p$, & arcus $AYP = q$, quæratur primo arcus quivis indefinitus PY, qui vocetur $= s$. Jam ducta ad CP applicata normali YX, ſit $CX = x$ & $XY = y$, erit ex natura ellipſis $x = p\sqrt{(1-yy)}$, hincque $dx = \frac{-pydy}{\sqrt{(1-yy)}}$. Fiet ergo ob $ds = \sqrt{(dx^2+dy^2)}$

$$ds = \frac{dy\sqrt{(1-yy+ppyy)}}{\sqrt{(1-yy)}}$$

unde integrando erit arcus $s = \int\frac{dy\sqrt{(1-yy+ppyy)}}{\sqrt{(1-yy)}}$

quæ integratio ita inſtitui debet, ut poſito $y = 0$ fiat quoque $s = 0$, quia evaneſcente applicata $XY = y$ ſimul $PY = s$ evaneſcit. Hoc igitur integrali invento ſi ponatur $y = CA = 1$, arcus indefinitus PY abibit in longitudinem quadrantis elliptici $PYA = q$, quem quærimus, ita ut ſit

$$q = \int\frac{dy\sqrt{(1-yy+ppyy)}}{\sqrt{(1-yy)}}$$

ſiquidem peracta integratione ponatur $y = 1$.

§. XI. Ad inſtitutum ergo noſtrum non eſt neceſſe, ut quæramus valorem integralis hujus indefiniti, ſed eum tantum, quem induit, ſi poſt integrationem variabili y tribuatur valor determinatus $= 1$: quo pacto ſeries multo ſimplicior valorem q exprimens obtineri poterit. Ponatur enim brevitatis gratia

Digitized by Google

$1 - pp = nn$, ut ſit $\sqrt{(1 - yy + ppyy)} = \sqrt{(1 - nnyy)}$ eritque hanc formulam in ſeriem evolvendo.

$$\sqrt{(1 - nnyy)} = 1 - \tfrac{1}{2} nnyy - \frac{1.1}{2.4} n^4 y^4 - \frac{1.1.3}{2.4.6} n^6 y^6 - \&c.$$

Quo valore ſubſtituto pro $\sqrt{(1 - yy + ppyy)}$, arcus q ita exprimetur ut ſit:

$$q = \int \frac{dy}{\sqrt{(1 - yy)}} - \tfrac{1}{2} nn \int \frac{yydy}{\sqrt{(1 - yy)}} - \frac{1.1}{2.4} n^4 \int \frac{y^4 dy}{\sqrt{(1 - yy)}}$$
$$- \frac{1.1.3}{2.1.6} \int \frac{y^6 dy}{\sqrt{(1 - yy)}} \ \&c.$$

ſi quidem in ſingulis his integralibus poſt integrationem ponatur $y = 1$.

§. XII. Evolvamus ergo ſingula hæc integralia; ac primo quidem ex circulo manifeſtum eſt, formulam $\int \frac{dy}{\sqrt{(1 - yy)}}$ exprimere arcum circuli cujus ſinus $= y$ pro radio $= 1$: unde poſito $y = 1$, hæc formula dabit quartam peripheriæ partem, cujus radius $= 1$. Ideoque poſita ratione diametri ad peripheriam $= 1 : \pi$, erit $\int \frac{dy}{\sqrt{(1 - yy)}} = \frac{\pi}{2}$; ſicque jam adepti ſumus valorem primi termini in ſerie noſtra ante inventa.

§. XIII. Reliqui termini pari modo per valorem π commode poterunt exprimi; cujusvis enim termini integratio ad integrationem præcedentis reducitur: quod quo facilius intelligatur conſideremus formulam quamcunque $\int \frac{y^{\mu} dy}{\sqrt{(1 - yy)}}$; erit ſequens

ſy

$\int \frac{y^{\mu+2}\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}$. Jam aſſumamus hanc formulam algebraicam $y^{\mu+1}\sqrt{(1-yy)}$, cujus differentiale cum ſit $=$

$$\frac{(\mu+1)y^{\mu}\,dy-(\mu+2)y^{\mu+2}\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}$$ erit viciſſim

$$(\mu+1)\int\frac{y^{\mu}\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}-(\mu+2)\int\frac{y^{\mu+2}\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}=y^{\mu+1}\sqrt{(1-yy)}$$

unde colligimus fore

$$\int\frac{y^{\mu+2}\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}=\frac{\mu+1}{\mu+2}\int\frac{y^{\mu}\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}-\frac{1}{\mu+2}y^{\mu+1}\sqrt{(1-yy)}$$

Quare invento integrali $\int\frac{y^{\mu}\,dy}{\sqrt{(-yy)}}$ ex eo facile elicitur integrale ſequens $\int\frac{y^{\mu+2}\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}$

§. XIV. Quoniam vero eos tantum horum integralium valores deſideramus, qui prodeunt poſito $y=1$; hoc caſu quantitas algebraica $\frac{1}{\mu+1}y^{\mu+1}\sqrt{(1-yy)}$ evaneſcit, eritque generatim pro caſu $y=1$

$\int y$

Digitized by Google

$$\int \frac{y^{\mu+2}\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{\mu+1}{\mu+2} \int \frac{y^{\mu}\, dy}{\surd(1-yy)}$$

ſubſtituamus jam pro μ ſucceſſive valores 0, 2, 4, 6, 8 &c. & quoniam vidimus eſſe $\int \frac{dy}{\surd(1-yy)} = \frac{\pi}{2}$, erit, ut ſequitur:

$$\text{ſi } \mu = 0; \int \frac{y^2\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{1}{2} \int \frac{dy}{\surd(1-yy)} = \frac{1}{2} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\mu = 2; \int \frac{y^4\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{3}{4} \int \frac{y^2\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{1.3}{2.4} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\mu = 4; \int \frac{y^6\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{5}{6} \int \frac{y^4\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{1.3.5}{2.4.6} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\mu = 6; \int \frac{y^8\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{7}{8} \int \frac{y^6\, dy}{\surd(1-yy)} = \frac{1.3.5.7}{2.4.6.8} \cdot \frac{\pi}{2}$$

unde lex, qua ſequentes progrediuntur, ſponte elucet.

§. XV. Quodſi jam iſti valores pro formulis integralibus, ex quibus longitudo quadrantis elliptici q conflari inventus eſt, ſubſtituantur, reperietur

$$q = \frac{\pi}{2} - \frac{1}{2} nn \cdot \frac{1}{2} \cdot \frac{\pi}{2} - \frac{1.1}{2.4} n^4 \cdot \frac{1.3}{2.4} \cdot \frac{\pi}{2} - \frac{1.1.3}{2.4.6} n^7 \cdot \frac{1.3.5}{2.4.6} \cdot \frac{\pi}{2} \text{ \&c.}$$

quæ ad ſequentem ſeriem ſatis concinnam revocatur

$$q = \frac{\pi}{2}\left(1 - \frac{1.1}{2.2} n^2 - \frac{1.1.1.3}{2.2.4.4} n^4 - \frac{1.1.1.3.3.5}{2.2.4.4.6.6} n^6 - \text{\&c.}\right)$$

cujus

Digitized by Google

A.. x . x
B.. y y
C... z $x+y$
D... t $y-x$

$$z = x^2 + y^2$$

$$t = y^2 - x^2$$

$$(x^2+y^2)(x+y) = 715 \ldots (y^2-x^2)(y-x) = 99$$

$$(y-x)^2(y+x) = 99$$

$$(x^2+y^2)(x+y) = 715$$

$\frac{715}{23}$

$$\frac{x^2+y^2}{(y-x)^2} = \frac{715}{99} =$$

Van

A.. 4	16		
B.. 7	49	49	
	65	16	
C.. 65	65	33	
	715	3	
D.. 33		99	

A... $x-y$ ... $x-y$ / $x^2-2xy+y^2$
B... $x+y$ $x+y$ / $x^2+2xy+y^2$
$2x^2 + 2y^2$

C.. $2x^2+2y^2$ $2x$

D.. $4xy$ $2y$

$$\frac{2\left(30\frac{1}{4}\right)}{2\frac{1}{4}}$$

$$2\left(32\tfrac{1}{2}\right) = 65$$

$$4\left(5\tfrac{1}{2}\right)\left(1\tfrac{1}{2}\right) = 4\,\frac{11.3}{4} = 33$$

$$4x^3 + 4xy^2 = 715 \qquad 8xy^2 = 99$$

$$8x^3 + 8xy^2 = 1430 \qquad x = 5\tfrac{1}{2}$$

$$8x^3 = 1331 \qquad 8y^2 = 18$$

$$2x = 11 \qquad 4yy = 9$$

$$x = 5\tfrac{1}{2} \qquad 2y = 3$$

$$y = 1\tfrac{1}{2}$$

Digitized by Google

$$\int \frac{y^{\mu+2}\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{\mu+1}{\mu+2} \int \frac{y^{\mu}\, dy}{\sqrt{(1-yy)}}$$

ſubſtituamus jam pro μ ſucceſſive valores 0, 2, 4, 6, 8 &c. & quoniam vidimus eſſe $\int \frac{dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{\pi}{2}$, erit, ut ſequitur:

$$\text{ſi } \mu = 0;\ \int \frac{y^2\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{1}{2} \int \frac{dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{1}{2} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\mu = 2;\ \int \frac{y^4\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{3}{4} \int \frac{y^2\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{1.\,3}{2.\,4} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\mu = 4;\ \int \frac{y^6\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{5}{6} \int \frac{y^4\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{1.\,3.\,5}{2.\,4.\,6} \cdot \frac{\pi}{2}$$

$$\mu = 6;\ \int \frac{y^8\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{7}{8} \int \frac{y^6\, dy}{\sqrt{(1-yy)}} = \frac{1.\,3.\,5.\,7}{2.\,4.\,6.\,8} \cdot \frac{\pi}{2}$$

unde lex, qua ſequentes progrediuntur, ſponte elucet.

§. XV. Quodſi jam iſti valores pro formulis integralibus, ex quibus longitudo quadrantis elliptici q conflari inventus eſt, ſubſtituantur, reperietur

$$q = \frac{\pi}{2} - \frac{1}{2} nn.\ \frac{1}{2} \cdot \frac{\pi}{2} - \frac{1.\,1}{2.\,4} n^4.\ \frac{1.\,3}{2.\,4} \frac{\pi}{2} - \frac{1.\,1.\,3}{2.\,4.\,6} n^6.\ \frac{1.\,3.\,5}{2.\,4.\,6} \cdot \frac{\pi}{2} \text{ \&c.}$$

quæ ad ſequentem ſeriem ſatis concinnam revocatur

$$q = \frac{\pi}{2}\left(1 - \frac{1.\,1}{2.\,2} n^2 - \frac{1.\,1.\,1.\,3}{2.\,2.\,4.\,4} n^4 - \frac{1.\,1.\,1.\,3.\,3.\,5}{2.\,2.\,4.\,4.\,6.\,6} n^6 - \text{\&c.}\right)$$

cujus

cujus lex progreſſionis eſt manifeſta. Reſtituatur ergo pro nn ſuus valor $1 - pp$, eritque

$$q = \frac{\pi}{2}\left(1 - \frac{1.1}{2.2}(1-pp) - \frac{1.1.1.3}{2.2.4.4}(1-pp)^2 - \frac{1.1.1.3.3.5}{2.2.4.4.6.6}(1-pp)^3 - \&c.\right)$$

§. XVI. Cum pro curva noſtra AQDq littera p exhibeat abſciſſam CP & littera q applicatam PQ; jam adepti ſumus pro iſta curva æquationem inter ejus coordinatas p & q, quæ etſi ſerie conſtat infinita, tamen non ſolum ejus naturam in ſe complectitur, ſed etiam valores applicatæ q mox ſatis accurate exhibet, ſi abſciſſa p parum ab unitate differat: hoc eſt, cum ſit CB $=$ CA $= 1$, ſi punctum P ipſi B fuerit proximum; tum enim ob $1 - pp = nn$ quantitatem valde parvam ſeries inventa valde convergit.

§. XVII. Hinc igitur indolem noſtræ curvæ prope punctum D, hoc eſt ejus directionem & curvaturam definire poterimus. Primo enim patet uti jam vidimus, ſi $p = 1$ fore $q = \frac{\pi}{2}$, ita ut ſumta abſciſſa CB $= 1$ ſit applicata BD $= \frac{\pi}{2} = 1,5707963267948961$. Deinde ad poſitionem tangentis inveniendam, quæratur ratio differentialium $dq : dp$, quæ per differentiationem reperitur:

$$\frac{dq}{dp} = \frac{\pi}{2}p\left(\frac{1}{2} + \frac{1.1.3}{2.2.4}(1-pp) + \frac{1.1.3.3.5}{2.2.4.4.6}(1-pp)^2 + \frac{1.1.3.3.5.5.7}{2.2.4.4.6.6.8}(1-pp)^3 + \&c.\right)$$

Digitized by Google

Poſito jam $p = 1$ fiet $\frac{dq}{dp} = \frac{\pi}{4}$. Unde ſi DG ſit tangens curvæ in puncto D, cum ſit BD : BG $= dq : dp$, erit BG $= \frac{dp}{dq}$. BD $= \frac{4}{\pi}$. BD & ob BD $= \frac{\pi}{2}$, fiet BH $= 2 = 2$BC, & CG $=$ BC. Sicque hoc caſu ſubtangens BG erit dupla abſciſſæ BC: & cum anguli BGD tangens ſit $= \frac{dq}{dp} = \frac{\pi}{4} = 0,78539816$ erit angulus BGD $= 38^{\circ}, 8^{I}, 45^{II}, 41^{III}, 51^{IV}$.

§. XVIII. Ad radium oſculi ſeu evolutæ in puncto D definiendum, cum ſit ob $\frac{dq}{dp} = \frac{\pi}{4}$, elementum curvæ $\sqrt{(dp^2 + dq^2)} = dp\sqrt{(1 + \frac{\pi\pi}{16})}$, erit radius oſculi $= (1 + \frac{\pi\pi}{16})^{3:2} dp^2 : ddq$.

At ſumendis differentialibus ſecundis erit

$$\frac{ddq}{dp^2} = \frac{\pi}{2}\left(\frac{1}{2} + \frac{1.1.3}{2.2.4}(1-pp) + \frac{1.1.3.3.5}{2.2.4.4.6}(1-pp)^2 + \&c\right)$$
$$-\frac{\pi}{2}pp\left(\frac{1.3}{2.4} + \frac{1.1.3.5}{2.2.4.6}(1-pp) + \frac{1.3.3.5.5.7}{2.2.4.4.6.7}(1-pp)^2 + \&c.\right)$$

Poſito ergo $p = 1$, erit $\frac{ddq}{dp^2} = \frac{\pi}{2}\left(\frac{1}{2} - \frac{3}{8}\right) = \frac{\pi}{16}$: Unde in puncto curvæ D erit radius evolutæ $= \frac{16}{\pi}(1 + \frac{\pi\pi}{16})\sqrt{(1 + \frac{\pi\pi}{16})}$, qui valor in numeris proxime reperitur $= 10,470672$.

§. XIX.

§. XIX. Poteſt hinc adhuc alia ſeries inveniri, quæ valorem applicatæ $PQ = q$ exprimat. Conſideretur enim illud alterum curvæ punctum q, pro quo ſit abſciſſa $Cp = P$ & applicata $pq = Q$, erit quoque ob $P > 1$.

$$Q = \frac{\pi}{2}\left(1 + \frac{1.1}{2.2}(PP - 1) - \frac{1.1.1.3}{2.2.4.4}(PP - 1)^2 + \frac{1.1.1.3.3.5}{2.2.4.4.6.6}(PP - 1)^3 - \&c.\right)$$

Jam vero ſupra notavimus, ſi ſit $P = \frac{1}{p}$, fore $Q = \frac{q}{p}$: quare his valoribus ſubſtitutis impetrabimus novam æquationem inter p & q, qua natura curvæ pariter exprimetur.

$$q = \frac{\pi}{2}\, p\left(1 + \frac{1.1}{2.2}\frac{(1 - pp)}{pp} - \frac{1.1.1.3}{2.2.4.4}\frac{(1 - pp)^2}{p^4} + \frac{1.1.1\,3.3.5\,(1 - pp)^3}{2.2.4.4.6.6.\;\; p^6} - \&c.\right)$$

quæ ſi cum ante inventa combinetur, innumerabiles aliæ novæ æquationes obtineri poterunt. Veluti ſi prior per p multiplicata ab hac ſubtrahatur, prodibit.

$$q - pq = \frac{\pi}{2}\, p\left(\frac{1.1}{2.2}\frac{(1 - pp)(1 + pp)}{pp} - \frac{1.1.1.3}{2.2.4.4}\frac{(1 - pp)^2(1 - p^4)}{p^4} + \&c.\right)$$

quæ reducitur ad hanc:

$$q = \frac{\pi}{4}(1+p)\left(\frac{1}{2}\cdot\frac{1+pp}{p} - \frac{1\cdot1\cdot3}{2\cdot4\cdot4}\frac{(1-p^4)(1-pp)}{p^3} + \frac{1\cdot1\cdot3\cdot3\cdot5}{2\cdot4\cdot4\cdot6\cdot6}\frac{(1+p^6)(1-pp)^2}{p^5} - \&c.\right)$$

vel cum ſeries adhuc ſit diviſibilis per $\frac{1+pp}{2p}$ erit

$$q = \frac{\pi}{8}\frac{(1+p)(1+pp)}{p}\left(1 - \frac{1\cdot3}{4\cdot4}\frac{(1-pp)}{pp}(1-pp) + \frac{1\cdot3\cdot3\cdot5}{4\cdot4\cdot6\cdot6}\frac{(1-pp+p^4)}{p^4}(1-pp)^2 - \frac{1\cdot3\cdot3\cdot5\cdot5\cdot7}{4\cdot4\cdot6\cdot6\cdot8\cdot8}\frac{(1-pp+p^4-p^6)}{p^6}(1-pp)^3 + \&c.\right)$$

§. XX. Manifeſtum autem eſt has ſeries parum ſubſidii afferre, ſi applicatas invenire velimus, quæ longius a BD, quæ abſciſſæ $p = 1$ reſpondet, ſint remotæ, ſi enim pro p ponatur numerus vel valde magnus vel valde parvus, ſeries inventa vel parum admodum convergit vel etiam divergit. Si enim inde longitudinem primæ applicatæ CA, quæ abciſſæ $p = 0$ reſpondet, definire velimus, ſerie primum inventa uti conveniet, quia in reliquis termini evadunt infinite magni. Habebimus igitur pro hoc caſu $p = 0$;

